ARGONAVTICON

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI LIBRI VIII.

A Ludouico Carrione Brugenſi locis prope innumerabilibus emendati.

Eiuſdem Carrionis ſcholia, quibus tum correctionum magna ex parte ratio redditur, tum loci obſcuriores explicantur, vna cum varijs lectionibus.

LABORE ET CONSTANTIA

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
cIↃ. IↃ. LXV.
CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
6 / 12 / C / 23

6,12,C,23

TENOR PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum eſt, ne quis Valerij Flacci Setini Balbi Argonauticon lib. 8. a Ludouico Carrione Brugenſi emendatos, citra Chriſtophori Plantini voluntatem imprimat, aut alicubi impreſſos importet, venales'ue habeat a die impreſſionis abſolutæ intra ſexennium. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fiſco Regio exſoluenda, multabitur: vt latius in Regio diplomate expreſſum eſt. Dato Bruxellę XVII. Martij, ſtylo Brabantiæ, Anno Domini M. D. LXIIII.

Sign. I. Fabri.

LVDOVICVS CARRION BRVGENSIS NOBILI, GENEROSO, ET ERVDITO VIRO D. IACOBO PAMELIO SACRARVM LITTERARVM LICENT. ET ECCLESIÆ BRVGENSIS CANONICO S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI eorum inſtitutum, vir ornatiß. qui ſuam operam, ſtudium, & diligētiam, ad Reipub. virtutes illuſtrandas, atque augendam vtilitatem, publice' priuatimq́ue conferunt, merito admirari & paßim prædicare conſueuimus: tu profecto mihi præcipua prædicatione dignus videris, qui omnem cogitationem perpetuo in optima diſcendi docendiq́. ratione poſuiſti. Cum enim (ſi Platoni credimus) & amicis, & patriæ, & parentibus nati ſimus: quo quæſo patriam, quæ omnes omnium (teſte Cicerone) caritates complectitur: quo amicos, quorũ beneficio hanc ipſam vitam ducimus: quo denique officio parentes, quibus hoc quod ſumus acceptum ferre oportet, potius nobis deuinciemus quàm ſi aliquid relinquamus, quo nos aliquando non omnino otioſos vixiſſe teſtemur, ne vlla obliuione vitæ beneficium quod ab ipſis accepimus, vnquam opprimi patiamur, ſed potius memoriam eius quàm latißime proferre ſtudeamus? Tanto autem magis ſapientibus viris id probari intelligo, quanto maiorem fructum ea res

adfert communi vitæ; Optimum enim quemque ſumma ope niti decet vt Reipub. cui natus eſt, quā maximè proſit. Proinde tu mihi præclarè ſenſiſſe videris qui nullis ſumtibus, nullis laboribus parcendum duxiſti dum aliquando grati ciuis officio defungaris, & tot veterū Theologorum monumentis conquiſitis (quæ partim a te edita ſunt, partim edentur poſtea) Brugas tuas ampliſſimis & nunquam intermorituris meritis ornes. Nam eorū conſilium nunquam laudare potui, qui nouos indies, alius poſt alium, nobis libellulos certatim afferunt, e quibus nec in Rempub. vtilitas vlla nec in auctorem ipſum dignitas aut gratia perueniat. Mea ſic eſt ratio: dum noua quotidie excudūtur, & ijs quæ ne vmbram quidem habēt antiquorum auctorum tanquam ad Sireneos ſcopulos conſceneſcentes immoramur, nō parū antiquitati, quæ multo amplius vidit, derogari exiſtimo. Quibus enim propter ſolam nouitatem aurium opera dari conſueuit, ea primo quidem guſtu vtcunque tolerantur: ceterum repetita haud iam ferendum faſtidium afferunt. Atque hinc fieri credo vt tot proletarios & capitecenſos (liceat ijs verbis vti) ſcriptores hodie habeamus; claſſicum vero & poſteritate dignū vix vnum atque alterum. Ego mehercle qui tam bene humanioribus ſtudijs cupio quàm qui optimè, nolim quidquid vnicuique vel per ſomnium in mentē venit, protinus poſteritati commendari, ſacroſanctūque ha-

que haberi: quæ tamen conſuetudo adeo inualuiſſe videtur, vt periculum exiſtat, ne veteribus peſſundatis, ſolis neotericis adhærēdum ſit. id ſi fiat, quid ſupereſt niſi vt politiori litteraturæ epitaphiū ſcribamus poſtea nunquam reuicturæ? Mea quidem ſententia omnibus optandū eſſet, niſi plerique mortales inſano quodā ſui amore ſurſum ac deorſum rapti a pietatis ac officij religione declinarēt, vt qui ita ſcripturiunt, homines ceteroqui frequenter & eruditi & diligentes ad veteres eruēdos ac emendādos totos ſeſe conferrent. Detraheretur quidem nō nihil librorum multitudini, quæ iam (ſicut ille inquit) magnitudine laborat ſua, ſed non ideo non maxima optimorum remaneret copia: & tot ſcriptores omni inuidia ſuperiores paullatim expergiſcerētur tanquam a graui & diutino ſomno excitati, facilè fieret, puto, ſi principū pollicitatione ac fauore præclara ingenia huc incitarentur. Quod ita in Gallijs factum videmus, vt ſuos ea habeant Muretos & Lambinos, quos multis in hoc ſcribendi genere opponere iure poſſint. Tametſi nō negauerim Italos huic negotio conficiundo reliquis omnibus magis ſemper fuiſſe idoneos, tum quòd Italia ſtudiorū mater ſit, quæ litteratos ſingulari quodam animo proſequi ſolet, tum quòd antiquitas omnis ibidē reſidere videatur. Quotum enim quemque inuenias quem cum Paulo Manutio, ſi aut excellentem eruditionem aut eximiam diligentiam ſpectemus, con-

ſerre audeas. Non neceſſe habeo Victorios & Sigonios nominare, quorum fama & gloria totum orbem terrarum peruagata eſt: vnum illud addam plus eos ex veteribus reſtitutis laudis retuliſſe quã alioqui ex multis librorum millibus prodigioſo titulo conſcriptis referre potuiſſent. In qua ſententia niſi T.D. *iam dudum eſſe cognoſcerem, pluſculum hac in re & temporis & laboris ponerem. Sed cum animaduertam ea te ſtudioſos omnes qui vel mediocrem ſpem de ſe concitauerunt humanitate complecti, vt non ſolum ijs familiariter vtaris, verum etiam conſilium, facultates, ipſam denique vitam cum illis communem eſſe velis: quorſum attinet tecum pluribus agere? id enim ſi facerem, pleriſq; adulari magis quàm ex animo loqui cenſerer, qua ſuſpicione, moriar, ſi quidquam mihi moleſtius aut grauius contingere poteſt, præſertim cum me adeo tibi obæratum eſſe ſciam, vt vel capitis huius auctione facta ſoluendo eſſe nequeam. Quod cum non poſſem, niſi ingratiſſ. eſſe vellem, diſsimulare, varijs hinc inde deliberationibus mature habitis, in eam tandem veni cogitationem, ſatius eſſe alieni æris diſſoluendi dilationem quàm toties debiti condonationem impetrare. Plerumque enim vſu euenire ſolet, ſi quãdo creditorum debitores conſpectũ fugiant, nec ipſi vltro eos accedant vt infitias meditari iudicentur. Hoc ne mihi contingeret, opere maximo ſemper cauendum duxi. Huc accedit: quòd*

te, cum

te, cum Louanium veniſſes (quemadmodum Parthorum regem vir amœniſsimi ingenij Anneus Seneca nō ſine munere ſalutari potuiſſe memoriæ pro didit) volebam non niſi cum munere ſalutaturus accedere. Quare cum ſcirem viuacibus ingenij laboribus, qui mortales ab obliuione vindicant, & immortalitati aſſerunt, magis quàm diuitijs breui momento perituris te delectari, cœpi tandem excutere ſcedas meas, & papyraceum aliquod munuſculum quærere. cumque varia ſeſe offerrent & poëtarum & oratorum ſcripta, quibus refici mirifice ſoleo; nihil commodius, nihil T.H. *dignius occurrit (ſi quidquā tamen ea dignū eſſe poteſt) Cōmentario, quē in Valeriū Flaccū ſubſeciuis horis tum elaborabā. Nam ſi quo tēpore a iuris ſtudio feriandū eſt, libenter totum id in hiſce amœnioribus poëtarū monumentis conſumere ſoleo. Si quis vero ſit qui omnem in hoc caſtigando operam luſiſſe me & bonas horas male occupaſſe dicat, ſciat is tanti hūc ab omnibus habitum fuiſſe, vt nō defuerit homo acerrimæ cenſuræ, cuius nomē in Politiani ore perpetuo habitare ſolet, Geruaſius Amœnus qui hunc ſecūdum à Virgilio poëtam faciat, Apollonium vero & Orpheum (ſi tamen eius Argonautica ſunt) lōgo interuallo poſt ſe relinquere aſſerat. Taceo Baptiſtam pium, is ita puſillū (eius verbis vtar) Flacci aurum magno præſtare Apollonij orichalco affirmat, veluti vnio paruo quidem, ſed pretioſo corpo-*

re magnis præſtat arenoſisque lapillis. Quid autem hic non efficere poterat ſi iuſtam ætatem attigiſſet? qui illa, quæ vix doctiores etiam balbutire latinè incipiunt, ea reliquit quæ ſuperbæ Græciæ in ſuas laudes effuſiſsimè Romam meritò obijcere poſſe doctiſsimi quique grauiter cenſuerunt. Nemo enim eſt aut recentiorum aut vetuſtiorum cuius ſcripta alicuius momenti leguntur qui ante hanc ætatẽ deceſsit. Nam Lucanum, & ſi iuuenis perijt xxvij. annum exceſsiſſe manifeſtum eſt, an verò ille huic anteponendus ſit, eam deliberationem heic omitto. Martialis certè qui huic noſtro amiciſſ. fuit, & cuius ad eum varia extant Epigrammata, materia, carminis heroici grauitate, & venuſtate (prætereo linguæ puritatem quæ tum paullatim inficiebatur) cedere cogitur, cùm tamen Valerius & in Reipub. negotijs occupatus, &, quemadmodum ex multis colligimus, conſul fuerit: quæ omnia non parum ſtudiorum rationi officiũt. Ceterum non eſt quod quẽquam moueat Plinij ſecũdi illud dictum, Quidquid nõ eſt peractum, ſi poſteritatis rationẽ habeamus, pro non inchoato eſt. nam ſi id canonis vigorẽ habere patiamur, cedò aliquem oratorem aut poëtã, quem legere & ſuffragio noſtro adiuuare debeamus. de græcis nihil dicam. inter Latinos ſanè Lucanum, &, cuius iactura maior eſt, ipſam Aeneida quæ omnem Græciæ faſtum retundit, ne quid de reliquis addam, amittemus, ſed de his nimis multa.

Vt igi-

Vt igitur aliquando manum a tabula (vt ille dicebat) dimoueam, quibuſuis iniquis harum rerum æſtimatoribus, ſolum Quinctilianũ oppono, dolentem linguam Latinã multum huius immatura morte perdidiſſe: cuius iudicium apud me pluris eſt quã multarum centuriarum comitia. adeo poëta noſter doctrina, elegantia, & ingenio ſuorum temporum omnes ſuperauit. Hũc ad te, vir ampliſſime, quẽ potiſſimum huius operis patronũ delegi, me conuertam, non quòd laudes tuas heic recenſere decreui, abſurdum enim videatur maiorum tuorum, quorũ frequens in noſtris annalibus mentio eſt, præclarè facta tam anguſto loco pertractare, & tu omnibus notior es quàm vt quidquam dicere debeam, niſi velim Soli lucernam (quod aiunt.) ſed quod illud vnum hac in epiſtolæ parte rogandum eſſe te arbitror, vt quo animo ſtudioſos omnes amplecti ſoles, iiſdem munuſculum iſtud ab homine tui ſtudioſiſſimo profectũ ſuſcipias, & me, vt facis, ames. Louanij nono Kal. Octob. anno CIↃ. IↃ. LXIV.

EX LIBRO QVARTO PETRI CRINITI DE POETIS LATINIS.

C. Val. Setinus inter eos qui Heroica decantarunt, poëta multorum iudicio admirandus. Patauinus fuit ex Apona vrbe ſicut a veteribus proditum eſt. Qui eius patriam ſcribunt fuiſse maxime inſignem natalibus Liuij, Stellæ & Valerij Flacci. Itaque hunc ipſum Valerium Mart. laris Antenorei alumnum appellauit, alij Setinum crediderunt, ex Setia Campaniæ vrbe quæ haud procul a Velitris fuit. Vnde magno in pretio Setina vina habita ſunt, ſicuti ab antiquis celebrantur. Et mirum videri debet, quanto ſpiritu Flaccus inſurgat, quantaque ingenij felicitate in ſcribendo carmine præſtet. Hic eſt ille Valer. Flaccus, in cuius obitu multum fuiſse amiſsum queritur Fabius Quint. in libris ad Marcel. Victorium. Extant ipſius octo volumina de Argonauticis: quod opus Domitiani imperatoris nomini dicatum a Flacco eſt: vt quidam aſſerunt: quoniam ſic ad eum in operis præfatione ſcribit.

Eripe me populis & habenti nubila terræ
Sancte pater, veterum'que faue veneranda canenti
Facta virûm, verſam proles tua pandit Idumen,
(Nanque poteſt) ſolymo nigrantē puluere fratrem
Spargentem'que faces, & in omni turre furentem.

Scripturus erat multo plures libros, niſi mors eum intempeſtiua nobis eripuiſſet. Videtur autē in illis qui ſuperſunt, Apolloniū Rhodiū non argumento tantū operis expreſſiſſe, ſed & ſingulis quandoque carmi-

carminibus: Atacinus quoque Varro pari titulo de Argonauticis libros compoſuit, quod alibi notauimus, habuit inter amicos, Secundum, Maternum, Stellam & Val. Mart. qui ad eum ſæpius ſcribit, eius'que eruditionem & carmẽ mirum in modum extollit. Conſtat hunc mediocri cenſu ac potius tenui fuiſſe, & prædium poſſediſſe exiguum, in quo, vt Martialis ait, muſarum curas reponeret. Itaque Martialis libere ipſum admonuit, vt cauſas potius ageret ac muſis relictis ad quæſtum potius quàm ad otium animum applicaret, quoniam poëtę tum parui admodum cenſerentur. vt his verſibus patet.

O mihi curarum pretium non vile mearum
Flacce Antenorei, ſpes & alumne laris.
Pierios differ cantus'que choros'que ſororum:
Aes dabit ex iſtis nulla puella tibi:
Quid tibi cũ Cirrha, quid cum Permeſſidos vnda?
Romanum propius diuitius'que forum eſt.
Illic æra ſonant, &c.

Puerum Flac. habuit in delicijs, quem Amazonicũ quidam appellant, eius autem formam, indolem, venuſtatem, eleganti epigrammate Mart. mirifice laudat. de alio autem Flacco, qui epigrammata luſit, ſuo loco diximus.

ARGO-

ARGONAVTARVM NOMINA
SECVNDVM ORPHEVM.

Orpheus	Canthus	Idmon
Caſtor	Leodocus	Phlias
Peleus	Erginus	Nauplius
Echion	Iphiclus	Palemonius
Iphiſtus	Polyphemus	Aſterius
Phalerus	Actorion	Anchiſteeus
Hercules	Telamon	Meleager
Pollux	Oileus	Eurydamas
Aethalides	Admetus	Ancæus
Actorides	Ancæus	Lyncæus
Butes	Amphion	Menæſtius
Iphitus	Calais	Cepheus
Tiphys	Iaſon	Tænarieus
Mopſus	Periclymenus	Augias
Eurytus	Aſterion	Zetes
Buphagus	Cœneus, Idas	Hylas

ARGONAVTARVM NOMINA
SECVNDVM APOLLONIVM.

Orpheus	Iaſon	Acaſtus
Iphiclus	Aſterion	Polyphemus
Echion	Admetus	Eurytus
Mopſus	Aethalides	Coronus
Eurytion	Eurydamas	Menætius
Canthus	Eribotes	Oileus
Telamon	Clytius	Iphitus
Phalerus	Peleus	Butes
Talaus	Tiphys	Phlias
Hercules	Areius	Leodocus
Idmon	Hylas	Nauplius
Lynceus	Pollux	Caſtor
Amphydamas	Idas	Periclymenus
Augias	Cepheus	Amphion
Polyphemus	Aſterius	Ancæus
Meleager	Erginus	Iphiclus
Palemonius	Laocoon	Zetes
Calais	Iphitus	Argus

ARGO.

ARGONAVTARVM NOMINA
SECVNDVM VALE. FLAC.

Telamon
Talaus
Iphitus
Amphion
Nauplius
Amphidamas
Neſtor
Periclymenus
Phalerus
Menætius
Erginus
Meleager
Echion
Canthus
Zetes
Iphiclus

Hercules
Leodocus
Euphemus
Climenus
Oileus
Ancæus
Mopſus
Philoctetes
Eribotes
Phlias
Pollux
Aethalides
Iphis
Polyphemus
Idas
Argus

Aſterion
Idmon
Deucalion
Iphitus
Cephus
Eurytion
Tydeus
Peleus
Anceus
Caſtor
Eurytus
Admetus
Lynceus
Orpheus
Iaſon

Antolicus, Phlogius, Deileon } apud Thermodontem Argonautis ſe adiungunt, cũ Idmon, Tiphys & Hercules deeſſent.

FRANCISCVS MARTINIVS GANDAVENSIS AD LVDOVICVM CARRIONEM.

Quæ meruit domitis olim præconia monſtris
  Phrixæi raptor velleris Aeſonides :
Hellas, & heroum clarum genus, Argonautæ
  Ingenio debent Carrion illa tuo:
Pæne Patauini ſacro cum carmine vatis,
  Barbara Theſſalicam merſerat vnda ratem.
Sic Minyæ, ſic magnus erat periturus Iaſon,
  Rarior aut tanti fama futura viri.
Nunc redit auratis Argo redimita corymbis,
  Optatam reuehens Pelias arbor ouem,
Et repetunt arctis è faucibus Helleſponti,
  Argolicæ patrios robora pubis agros:
Filia non illud remorata eſt Phaſias Aethæ,
  Concita Cyaneæ non iuga rupis iter:
Non Boreas immane furens,non Bebrycis arma,
  Non fato vates fuſus vterque pari.
Quod'que Iphis Scythicis cecidit pro mœnibus,& qui
  Nuper in Hæmonia puppe magiſter erat.
Nam duce te, ponto volitat ſymplegas inani,
  Quæ'que olim fuerant monſtra premenda, iacent.
Ductor Iolchiacos cernit cum coniuge portus,
  Deſtinat & patrijs barbara ſigna tholis.
Macte animo, & primi laceris ſcriptoribus æui
  Sæpe iuuet medicas applicuiſſe manus.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER PRIMVS.

PROPOSITIO.

PRIMA Deûm, magnis canimus freta peruia nautis,
Fatidicam'que ratem, ſcythici quæ phaſidis oras
Auſa ſequi, medios'que inter iuga concita, curſus
Rumpere, flammifero tandem conſedit olympo.
Phœbe mone ſi Cumeæ mihi conſcia vatis
Stat caſta cortina domo: ſi laurea digna
Fronte viret. Tu'que ó pelagi cui maior aperti
Fama, caledonius poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus, phrygios prius indignatus Iulos,
Eripe me populis, & habenti nubila terræ
Sancte pater. veterum'que faue veneranda canenti
Facta virûm, verſam proles tua pandit Idumen,
(Nanque poteſt) ſolymo nigrantem puluere fratrem
Spargentem'que faces, & in omni turre furentem.
Ille tibi cultus'que deûm. delubra'que genti
Inſtituet. cum iam genitor lucebis ab omni
Parte poli. neque enim in tyrias cynoſura carinas
Certior, aut graijs Elice ſeruanda magiſtris.
Seu tu ſigna dabis, ſeu te duce Græcia mittet
Et Sidon, Nilus'que rates, Nunc noſtra ſerenus
Orſa iuues, hæc vt latias vox impleat vrbes.
Aemoniam primis Pelyas frenabat ab annis:
Iam grauis, & longus populis metus, illius omnes
Ionium quicunque petunt: ille othryn & hemum,

Atque

Atque imum felix verſabat vomere olympum.
Sed non vlla quies animo : fratris' que pauenti
Progeniem : diuûm' que minas: hunc nam fore regî
Exitio vates' que canunt: pecudum' que, per aras
Terrifici monitus iterant: ſuper ipſius ingens
Inſtat fama viri: virtus' que haud læta tyranno.
Ergo ante ire metus: iuuenem' que extinguere pergit
Aeſonium : leti' que vias ac tempora verſat.
Sed neque bella videt: graias neque monſtra per vrbes
Vlla: cleoneo iam tempora clauſus hiatu
Alcides: olim lernæ defenſus ab angue
Arcas: & ambobus iam cornua fracta iuuencis.
Ira maris: vaſti' que placent diſcrimina ponti.
Cùm iuuenem tranquilla tuens: nec fronte timendus
Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis.
Hanc mihi militiam: veterum qua pulcrior actis
Annue: da' que animum: noſtri de ſanguine Phryxus
Cretheos, vt patrias audiſti effugerit aras.
Hunc ferus Æetes: ſcythiam phaſim' que rigentem
Qui colit (heu magni ſolis pudor) hoſpita vina
Inter: & attonitæ mactat ſollemnia menſæ
Nil noſtri: diuûm' que memor. Non nuntia tantum
Fama refert: ipſum iuuenem tam ſæua gementem,
Ipſum ego, cùm ferus feſſos ſopor alligat artus,
Aſpicio: lacera aſſiduis nanque illius vmbra
Queſtibus: & magni numen maris excitat helle.
Si mihi quæ quondam vires: vel pendere pœnas
Colchida iam: & regis caput hic atque arma videres.
Olim annis ille ardor, hebet: nec dum mea proles
Imperio: & belli rebus matura mari' que.
Tu cui iam curæ' que vigent: animi' que viriles
I decus: & pecoris nephilei vellera, graio
Redde tholo: ac tantis temet dignare periclis.

Talibus hortatur iuuenem, propior'que iubenti
Conticuit, certus ſcythico concurrere ponto
Cyaneas. tanto'que ſilet poſſeſſa dracone
Vellera, multifidas regis quem filia linguas
Vibrantem ex aditis cantu dapibus'que vocabat,
Et dabat heſterno liuentia mella veneno.
Mox taciti patuere doli, nec vellera curæ
Eſſe viro, ſed ſeſe odijs immania cogi
In freta. qua iuſſos ſic tandem quærere colchos
Arte queat? nunc aërij plantaria vellet
Perſeos, aut curru vt ſæuos frenaſſe dracones,
Creditus ignaras Cereris qui vomere terras
Imbuit: & flaua quercum damnauit ariſta.
Heu quid agat? populum'ne leuem, veteri'que tyranno
Infenſum, atque olim miſerantes Aeſona patres
Aduocet? an ſocia Iunone & Pallade fretus
Armiſona, ſuperet magis, & freta iuſſa capeſſat,
Si qua operis tanti domito conſurgere ponto
Fama queat, tu ſola animos mentem'que peruris
Gloria. te viridem videt immunem'que ſenectæ
Phaſidis in ripa ſtantem, iuuenes'que vocantem.
Tandem animi incertum confuſa'que pectora firmat
Relligio, tendens'que pias ad ſidera palmas.
Omnipotens regina, inquit, quam turbidus, atro
Aethera cæruleum quateret cum Iupiter imbre,
Ipſe ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
In campos & tuta tuli, nec credere quiui
Ante deam, quàm te tonitru nutu'que repoſci
Coniugis, & ſubita raptam formidine vidi,
Da Scythiam phaſim'que mihi. tu'que innuba Pallas
Eripe me. veſtris egomet tunc vellera templis
Illa dabo, dabit auratis & cornibus igni
Colla pater, niuei'que greges altaria cingent.

Accepere deæ, celeríque per æthera lapſu
Diuerſas petiere vias. in mœnia pernix
Theſpiaca ad carum Tritonia deuolat Argum.
Moliri hunc puppem iubet, & dimittere ferro
Robora, peliacas etiam comes exit in vmbras.
At Iuno argolicas pariter, Macedúmque per vrbes
Spargit inexpertos tentare parentibus auſtros
Aeſoniden, iam ſtare ratem, remiſque ſuperbam
Poſcere quos reuehat, rebuſq. in ſæcula tollat.
Omnis auet quæ iam bellis ſpectatáque fama
Turba ducum, primæ ſeu quos in flore iuuentæ
Tentamenta tenent, nec dum data copia rerum.
At quibus aruorum ſtudiúmque inſontis aratri;
Hos ſtimulant, magnáque ratem per luſtra viáſque
Iuſſi laude canunt manifeſto in lumine Fauni,
Siluarúmque deæ: atque elatis cornibus amnes.
Protinus inachijs vltro Tirynthius Argis
Aduolat: arcadio cuius armata veneno
Tela puer, faciléſque humeris gaudentibus arcus
Geſtat Hylas: velit ille quidem, ſed dextera non dum
Par oneri, clauæque capax. quos talibus amens
Inſequitur, ſolitóſque nouat Saturnia queſtus.
O vtinam Graiæ rueret non omne iuuentæ
In noua fata decus, noſtríque Euryſtheos hæc nunc
Iuſſa forent: imbrem & tenebras, ſæuúmque tridẽtem
Iam iam ego & inuiti torſiſſem coniugis ignem.
Nunc quoque nec ſocium noſtræ, columénue carinæ
Eſſe velim, herculeis nec me vnquam fidere fas ſit
Auxilijs, comiti & tantum debere ſuperbo.
Dixit: & Aemonias oculos detorquet ad vndas.
Feruere cuncta virûm cœtu, ſimul vndique cernit
Delatum nemus, & docta reſonare bipenni
Litora: iam pinus gracili diſſoluere lamna

Theſpiaden, iungi´que latus, lentó´que ſequaces
Molliri videt igne trabes, remiſ´que paratis
Pallada veliſero quærentem brachia malo.
Conſtitit vt longo moles non peruia ponto
Puppis, & vt tenues ſubiere latentia ceræ
Lumina, pictura varios ſuper addit honores.
Hic ſperata ſedens tyrrheni tergore piſcis
Peleos in thalamos vehitur Thetys. equora Delphin
Corripit, illa ſedet deiectæ lumina palla,
Nec Ioue maiorem naſci ſuſpirat Achillem.
Hanc Panope, Dotó´que ſoror, lætatá´que fluctu
Proſequitur nudis pariter Galathea lacertis
Antra petens, ſiculo reuocat de litore Cyclops.
Contra ignis, viridi´que thorus de fronde, dapeſ´que
Viná´que, & æquoreos inter cum coniuge diuos
Aeacides, pulſat´que Chelyn poſt pocula Chiron.
Parte alia Pholoë, multó´que inſanus Iaccho
Rhœtus, & Atracia ſubitæ de virgine pugnæ.
Crateres menſæ´que volant, aræ´que deorum,
Poculá´que (inſignis veterum labor) optimus haſta
Hic Peleus. hic enſe furens agnoſcitur Aeſon.
Fert grauis inuito victorem Neſtora tergo
Monychus? ardenti peragit clarus Antora quercu,
Nigro Neſſus equo fugit, accliniſ´que tapetis
In medijs vacuo condit caput Hippaſus auro.
Hæc quanquam miranda viris, ſtupet Aeſone natus,
Et ſecum. heu miſeros noſtrûm natoſ´q. patreſ´que.
Haccine nos animæ faciles rate nubila contra
Mittimur? in ſolum nunc ſæuiet Aeſona pontus?
Non iuuenem in caſus, eadem´que pericula Acaſtum
Abripiam? inuiſæ Pelias freta tuta carinæ
Optet, & exoret noſtris cum matribus vndas.
Talia conanti, læuum Iouis armiger æthra

Aduenit, & validis fixam gerit vnguibus agnam,
At procul e ſtabulis trepidi clamore ſequuntur
Paſtores: fremitus'que canum citus occupat auras.
Raptor & Aegæi ſuper effugit alta profundi.
Accipit augurium Aeſonides, lætus'que ſuperbi
Tecta petit Peliæ. prior huic tum regia proles
Aduolat, amplexus fraterna'que pectora iungens.
Ductor ait, Non degeneres (vt reris) Acaſte
Venimus ad queſtus, ſocium te iungere cœptis
Eſt animus. neq. enim Telamon, aut Cãthus, & Idas
Tyndareus'que puer mihi vellere dignior Helles.
O quantum terræ, quantum cognoſcere cœli
Permiſſum eſt, pelagus quantos aperimus in vſus?
Nunc forſan graue reris opus: ſed læta recurret
Cum ratis, & caram cum iam mihi reddet Iolchon,
Quis pudor heu noſtros tibi tunc audire labores?
Quas referam viſas tua per ſuſpiria gentes?
Nec paſſus rex plura virûm. ſat multa parato
In quæcunque vocas, nec nos, ait, optime ſegnes
Crediderìs, patrijs'ue magis confidere regnis
Quàm tibi, ſi primos duce te virtutis honores
Carpere, fraternæ ſi des accedere famæ.
Quin ego, ne qua metu nimio me cura parentis
Impediat, fallam ignarum, ſubitus'que paratis
Tunc adero, primas linquet cum puppis arenas.
Dixerat. ille animos promiſſa'que talia lætus
Accipit, & greſſus auidos ad litora vertit.
At ducis imperijs Minyæ, monitu'que frequentes
Puppem humeris ſubeunt, & tento poplite proni
Decurrunt, intrant'que fretum. non clamor anhelis
Nauticus, aut blandus teſtudine defuit Orpheus.
Tum læti ſtatuunt aras. tibi rector aquarum
Summus honor. tibi cæruleis in litore vittis

Et ze-

Et Zephyris, Glaucóque bouẽ Tethydíque iuuencum
Deijcit Ancæus. non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.
Ipſe ter æquoreo libans carcheſia patri
Sic ait Aeſonides, o qui ſpumantia nutu
Regna quatis, terraſ́que ſalo complecteris omnes,
Da veniam. ſcio me cunctis e gentibus vnum
Illicitas tentare vias, hiemeḿque mereri.
Sed non ſponte feror, nec nunc mihi iungere montes
Mens tamen, aut ſummo depoſcere fulmen olympo.
Ne Peliæ te vota trahant. ille aſpera iuſſa
Repperit, & colchos in me luctuḿque meorum.
Illum ego. tu tantum non indignantibus vndis
Hoc caput accipias, & preſſam regibus alnum.
Sic fatus, pingui cumulat libamine flammam.
Protulit vt crinem denſis luctatus in extis
Ignis, & aſcendit ſalientia viſcera tauri.
Ecce ſacer totuſ́que dei, per litora Mopſus
Immanis viſu, vittaḿque comaḿque per auras
Surgentem, lauruſ́que rotat, vox reddita tandem
Vox horrenda viris. tum facta ſilentia vati.
Heu quænam aſpicio: noſtris modo concitus auſis
Aequoreos vocat ecce deos Neptunus, & ingens
Concilium, fremere & legem defendere cuncti
Hortantur. ſic amplexus, ſic pectora fratris
Iuno tene. túque o puppem ne deſere Pallas.
Nunc patrui nunc flecte minas. ceſſere, rateḿque
Accepere mari. per quot diſcrimina rerum
Expedior. ſubita cur pulcer harundine crines
Velat Hylas? vnde vrna humeris? niueoſ́que per artus
Cærulea veſtes? vnde hæc tibi vulnera Pollux?
Quantus Io tumidis taurorum e naribus ignis?
Tollunt ſe galea, ſulciſ́que ex omnibus haſtæ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et iam iam'que humeri, quem circum vellera Martē
Aſpicio? quæ nam aligeris ſecat anguibus auras
Cæde madens? quos enſe ferit, miſer eripe paruos
Aeſonide, cerno & thalamos ardere iugales.
Iam dudum vates Minyas ambage, ducem'que
Terrificat, ſed enim contra phœbeius Idmon
Non pallore viris, non vllo horrore comarum
Terribilis, plenus fatis, Phœbo'que quieto,
Cui genitor tribuit monitu prænoſcere diuûm
Omina, ſeu flammas, ſeu lubrica comminus exta,
Seu plenum certis interroget aëra pennis.
Sic ſocijs, Mopſo'que canit. Quantũ augur Apollo,
Flamma'que prima docet, præduri plena laboris.
Cerno equidem, patiens ſed quæ ratis omina vincet.
Ingentes durate animæ, dulces'que parentum
Tendite ad amplexus. lacrymæ cecidere canenti,
Quod ſibi iam cluſos inuenit in ignibus Argos.
Vix ea fatus erat, iungit cum talia ductor
Aeſonius. Superûm quando conſulta videtis
O ſocij, quando'que datur ſpes maxima cœptis,
Vos quoque nunc vires, animos'que afferte paternos.
Non mihi Theſſalici pietas culpanda tyranni,
Suſpecti've doli, deus hæc deus omine dextro
Imperat. ipſe ſuo voluit commercia mundo
Iupiter, & tantos hominum miſcere labores.
Ite viri mecum, dubijs'que euincite rebus,
Quæ meminiſſe iuuet, noſtris'que nepotibus inſtent.
Hanc verò ſocij venientem litore læti
Dulcibus alloquijs, ludo'que educite noctem.
Paretur. molli iuuenes funduntur in alga,
Conſpicuus'que thoris Tirynthius. exta miniſtri
Rapta ſimul veribus, cererem'que dedere caniſtris.
Iam'que aderat ſummo decurrens vertice Chiron,

Claman-

Clamantem'que patri procul oſtentabat Achillem.
Vt puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit, & ingenti tendentem brachia paſſu,
Adſiluit, cara'que diu ceruice pependit.
Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant, veteri nec conſpicienda metallo
Signa tenent, ſtupet in ducibus, magnum'que ſonantes
Haurit, & herculeo fert comminus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit oſcula nati,
Suſpiciens'que polum, placido ſi currere fluctu
Pelea vultis ait, ventos'que optare ferentes,
Hoc ſuperi ſeruate caput. tu cetera Chiron
Da mihi. te paruus lituos & bella loquentem
Miretur, ſub te puerilia tela magiſtro
Venator ferat, & noſtram feſtinet ad haſtam.
Omnibus inde viæ calor additus, ire per altum
Magna mente volunt. Phryxi promittitur abſens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.
Sol ruit, & totum Minyis lætantibus vndæ
Diduxere diem. ſparguntur litore curuo
Lumina, non dum vllis terras monſtrantia nautis.
Thracius hic noctem dulci teſtudine vates
Extrahit, vt ſteterit redimitus tempora vittis,
Phryxus, vt iniuſtas contectus nubibus aras
Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho,
Aureus vt iuuenem miſerantibus intulit vndis
Vector, & adſtrictis vt ſedit cornibus Helle.
Septem aurora vias, totidem'que peregerat vmbras
Luna polo, dirimi'que procul non æquore viſa
Cœperat a gemina diſcedere Seſtos Abydo.
Hic ſoror Aeoliden æuum manſura per omne
Deſerit, heu ſæuæ nequidquam erepta nouercæ.
Illa quidem feſſis longe petit humida palmis

Vellera, ſed bibulas vrgenti pondere veſtes
Vnda trahit, læui'que manus labuntur ab auro.
Quis tibi Phryxe dolor, rapido cum concitus æſtu
Reſpiceres miſeræ clamantia virginis ora?
Extremas'que manus? ſparſos'que per æquora crines?
Iam'que mero ludo'que modus, poſiti'que quietis
Conticuere thoris, ſolus quibus ordine fuſis
Impatiens ſomni ductor manet. hunc grauis Aeſon
Et pariter vigil Alcimede ſpectant'que tenent'que
Pleni oculos. illis placidi ſermonis Iaſon
Suggerit affatus, turbata'que pectora mulcet.
Mox vbi victa graui ceciderunt lumina ſomno,
Viſa coronatæ fulgens tutela carinæ
Vocibus his inſtare duci. Dodonida quercum,
Chaonij'que vides famulam Iouis, æquora tecum
Ingredior, nec fatidicis auellere ſiluis
Me, niſi promiſſo potuit Saturnia cælo.
Tempus adeſt, age rumpe moras, dum'que æquore toto
Currimus incertus ſi nubila duxerit æther,
Iam nunc mitte metus fidens ſuperis'que mihi'que.
Dixerat, ille pauens, læto quanquam omine diuûm,
Proſiluit ſtratis Minyas ſimul obtulit omnes
Alma nouo criſpans pelagus Titonia Phœbo.
Diſcurrunt tranſtris. hi celſo cornua malo
Expediunt. alij tonſas in marmore ſummo
Prætentant, prora funem legit Argus ab alta.
Increſcunt matrum gemitus, & fortia languent
Corda patrum. longis flentes amplexibus hærent.
Vox tamen Alcimedes planctus ſuper eminet omnes,
Femineis tantum illa furens vlulatibus obſtat,
Obruit Idæam quantum tuba Martia buxum.
Fatur & hæc. Nate indignos aditure labores,
Diuidimur, nec ad hos animum componere caſus

Ante datum, ſed bella tibi terraſ'que timebam.
Vota alyſ facienda deis. ſi fata reducunt
Te mihi, ſi trepidis placabile matribus æquor,
Poſſum equidem lucem'que pati, longum'que timorẽ.
Sin aliud fortuna parat, miſerere parentum.
Mors bona, dũ metus eſt, nec adhuc dolor, hei mihi Col
Vnde ego, & auecti timuiſſem vellera Phryxi? (chos
Quos iam mente dies, quàm ſæua inſomnia curis
Proſpicio quoties raucos ad litoris ictus.
Deficiam, Scythicum metuẽs pontum'que polum'que,
Nec de te credam noſtris ingrata ſerenis.
Da precor amplexus, hæſura'que verba relinque
Auribus, & dulci iam nunc preme lumina dextra.
Talibus Alcimede mæret, ſed fortior Aeſon
Attollens dictis animos. O ſi mihi ſanguis,
Quantus erat cum ſigniferum cratera minantem:
Non leuiore Pholum manus hæc compeſcuit auro,
Primus in æratis poſuiſſem puppibus arma,
Concuſſa'que ratem gauderem tollere remo.
Sed patriæ valuere preces, audita'que magnis
Vota deis, vt dent noſtro tot in æquore reges,
Te'que ducem. tales tales ego ducere ſuetus,
Atque ſequi, nunc ille dies (det Iupiter oro)
Ille ſuper quo te Scythici regis'que maris'que,
Victorem, atque humeros ardentem vellere rapto,
Accipiam, cedant'que tuæ mea facta iuuentæ,
Sic ait. ille ſuo collapſam pectore matrem,
Suſtinuit, magna'que ſenem ceruice recepit.
Et iam finis erat. Zephyrum'que ratem'que morantes
Soluerat amplexu triſti tuba tertia ſigno.
Dant remo ſua quiſque viri, dant nomina tranſtris.
Hinc læuum Telamon pelagus tenet, altior inde
Occupat Alcides aliud mare. cetera pubes

Diuiditur. celer Aſterion, quem matre carentem,
Criſtatus gemino fouit pater amne Cometes,
Segnior Appidani vires vbi ſentit Enipeus.
Nititur hinc Talaus, fratriſ'que Leodocus vrget
Remo terga ſui, quos nobile contulit Argos.
Hinc quoque miſſus adeſt, quamuis arcẽtibus Idmon
Alitibus, ſed turpe viro timuiſſe futura.
Hic & Naubolides tortas inſurgit in vndas
Iphitus. hic patrium frangit Neptunius æquor,
Qui tenet vndiſonam Pſamathen, ſemper'que patentẽ
Tænaron, Euphemus, molli'que a litore Pellæ
Deucalion certùs iaculis, & comminus enſe
Nobilis Amphion, pariter quos edidit Hypſa,
Nec potuit ſimiles voluit'ue ediſcere vultus.
Tum valida Clymenus percuſſo pectore tonſa,
Frater & Iphiclus puppem trahit, & face ſæua
In tua mox Danaos acturus ſaxa Caphareu
Nauplius, & tortum non a Ioue fulmen Oileus
Qui gemet, Euboicas nato ſtridente per vndas,
Qui'que Erymanthæi ſudantem pondere monſtri
Amphitryoniaden Tegeæo limine Cepheus
Iuuit, & Amphidamas. at frater plenior annis
Maluit Ancæos vellus contingere Phryxi.
Tectus & Eurytion ſeruato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
Te quoque Theſſalicæ Neſtor rapit in freta puppis
Fama, Mycenæis olim qui candida velis
Aequora, nec ſtantes mirabere mille magiſtros.
Hic vates, Phœbi'que fides non vana parentis
Mopſus, puniceo cui circumfuſa coturno
Palla imos ferit alba pedes, vittata'que frontem
Caſſis, & in ſummo laurus Peneia cono.
Quin etiam herculeo conſurgit ab ordine Tydeus,
Neli-

Nelidés que Periclimenus, quem parua Methone
Et leuis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon
Cæſtibus aduerſos viderunt frangere vultus.
Tu quoque Phryxæos remo Pœantie Colchos
Bis Lemnon viſure petis, nunc cuſpide patris
Inclytus, herculeas olim moture ſagittas.
Proximus huic Butes Attæis diues ab oris.
Innumeras nam claudit apes, longá que ſuperbus
Fuſcat nube diem, dum plenas nectare cellas
Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymetton.
Inſequeris caſús que tuos expreſſa Phalere
Arma geris. vacua nam lapſus ab arbore paruum
Ter quater ardenti tergo circumuenit anguis.
Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.
Tunc cælata metus alios gerit arma Eribotes.
Nec Peleus fretus ſoceris & coniuge diua
Defuit. at prora ſplendet tua cuſpis ab alta
Aeacide, tantum hæc altis excelſior haſtis;
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
Linquit & Actorides natum Chironis in antro,
Vt ſocius caro pariter meditetur Achilli
Fila lyræ, pariter' que leues puer incitet haſtas.
Diſcat eques placidi conſcendere terga magiſtri.
Et, quem fama genus non eſt decepta Lyæi,
Phlias immiſſus patrios de vertice crines.
Nec timet Ancæum genetrix committere ponto,
Plena tulit quem rege maris. ſecurus in æquor
Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur:
Qui maris inſidias, claræ qui ſidera noctis
Norit, & e clauſis quem deſtinet Aeolus antris.
Non metuat cui regna ratis, cui tradere cælum
Aſſidua Tiphys vultum laſſatus ab Arcto.
Taurea vulnifico portat, cælatá que plumbo

Terga Lacon, ſaltem in vacuos vt brachia ventos
Spargat, & Oebalium Pagaſeia puppis alumnum
Spectet, ſecuro celebrantem litora ludo.
Oraque Theſſalico melior contundere freno,
Vectorem pauidæ Caſtor dum quæreret Helles,
Paſſus Amyclea pingueſcere Cyllaron herba.
Illis Tænareo pariter tremit ignea fuco
Purpura, quod gemina mater ſpectabile tela
Duxit opus, bis Taygeton ſiluasque comantes
Struxerat, Eurotan molli bis ſuderat auro.
Quemque ſuus ſonipes niueo de flumine portat,
Et volat amborum patrius de pectore cygnus.
At tibi collectas ſoluit iam fibula veſtes,
Oſtenditque humeros fortes, ſpaciumque ſuperbi
Pectoris, Herculeis æquum Meleagre lacertis.
Hic numeroſa phalanx proles cyllenia, certus
Aethalides ſubitas neruo redeunte ſagittas
Cogere. tu medios gladio bonus ire per hoſtes
Euryte. nec patrio Minyis ignobilis vſu
Nuncia verba ducis populis qui reddit Echion.
Sed non Iphi tuis Argo reditura lacertis,
Heu celerem Scythica te mæſta relinquet arena,
Ceſſantemque tuo lugebit in ordine remum.
Te quoque dant campi tanto paſtore Pheræi
Felices Admete. tuis nam pendit in aruis
Delius: ingrato Steropen quod ſuderat arcu.
Ah quoties famulo notis ſoror obuia ſiluis
Fleuit, vbi Oſſeæ captaret frigora quercus,
Perderet & pingui miſeros Bœbeide crines.
Inſurgit tranſtris, & remo Nerea verſat
Canthus, in Heoo voluet quem barbara cuſpis
Puluere. at interea clari decus adiacet orbis,
Quem genitor geſtabat Abas: ſecat aurea fluctu

Tegmi-

Tegmina Chalcidicas fugiens Euripus arenas.
Celſa'que ſemiferum contorquens frena luporum,
Surgis ab oſtrifero medius Neptune Geraſto
Et tibi Palladia pinu Polypheme reuecto
Ante vrbem ardentis reſtat deprendere patris
Relliquias, multum famulis pia iuſta moratis,
Si venias, breuiore petit iam cærula remo,
Occupat & longe ſua tranſtra nouiſſimus Idas.
At frater magnos Lynceus ſeruatus in vſus,
Quem tulit Arene, poſſit qui rumpere terras,
Et Styga tranſmiſſo tacitam deprendere viſu.
Fluctibus e medijs terras dabit ille magiſtro,
Et dabit aſtra rati, cum'que æthera Iupiter vmbra
Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.
Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ,
Temperet vt tremulos Zete, frater'que Ceruchos.
Nec vero Odryſius tranſtris impenditur Orpheus.
Aut pontum remo ſubigit: ſed carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.
Donat & Iphiclo pelagus, iuuenum'que labores
Aeſonides, feſſum Phylace quem miſerat æuo,
Nō iam operum in partē, monitus ſed tradat vt acres,
Magnorum'que viros qui laudibus vrat auorum.
Arge tua tibi cura ratis, te mœnia doctum
Theſpia Palladio dant munere: ſors tibi, nequa
Parte trahat tacitum puppis mare, fixa'que fluctu
Vel pice vel molli concludere vulnera cera.
Peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab aſtro
Hagniades, felix ſtellis qui ſegnibus vſum,
Et dedit æquoreos cælo duce tendere curſus.
Ecce per obliqui rapidum compendia montis
Ductor auens, lætus'que dolis agnoſcit Acaſtum
Horrentem iaculis, & parmæ luce coruſcum.

Ille

Ille vbi ſe mediæ per ſcuta,viros'que carinæ
Intulit,ardenti Aeſonides retinacula ferro
Abſcidit. haud aliter ſaltus, vaſtatá'que pernix
Venator cùm luſtra fugit, dominó'que timentem
Vrget equum,teneras complexus pectore tygres,
Quas aſtu rapuit pauido,dum ſæua relictus
Mater in aduerſo catulis venatur Amano.
Vt pariter propulſa ratis, ſtant litore matres,
Clará'que vela oculis, percuſſá'que ſole ſequuntur
Scuta virûm: donec iam celſior arbore pontus,
Immenſus'que ratem ſpectantibus abſtulit aër.
Siderea tunc arce pater pulcerrima Graiûm
Cœpta tuens,tantam'que operis conſurgere molem,
Lætatur. patrij neque enim probat otia regni.
Vna omnes gaudent ſuperi. venturá'que mundo
Tempora, quæ'que vias cernunt ſibi creſcere Parcæ.
Sed non & Scythici genitor diſcrimine nati
Intrepidus,tales fudit Sol pectore voces,
Summe ſator,cui noſtra dies voluentibus annis
Tot peragit,reficit'que vices,tuá'ne iſta voluntas?
Graiá'que nunc vndis, duce te,nutú'que ſecundo
It ratis? an meritos fas eſt mihi rumpere queſtus?
Hoc metuens,& ne qua foret manus inuida nato,
Non mediæ telluris opes,non improba legi
Diuitis arua plagæ. teneant vberrima Teucer
Et Libys,& veſtri Pelopis domus. horrida ſæuo
Quæ premis arua gelu,ſtrictos'que in ſedibus amnes.
Cederet his etiam,& ſeſe ſine honore referret.
Vlterius, ſed nube rigens ac neſcia regum
Stat ſuper,& noſtros iam zona reuerberat ignes.
Quid regio immanis? quid barbarus amnibus illis
Phaſis? & aduerſis proles mea gentibus obſtat?
Quid Minyæ meruere queri? num vellere Graio
Vi po-

Vt potitur? profugo quin agmina iungere Phryxo
Adnuit, Inoas vltro nec venit ad aras.
Imperij ſed parte virùm, natáque moratus
Coniugio, videt è Graia nunc ſtirpe nepotes,
Et generos vocat, & iunctas ſibi ſanguine terras.
Flecte ratem, motúſque pater: nec vulnere noſtro
Aequora pande viris. veteris ſat conſcia luctus
Silua Padi, & viſo flentes genitore ſorores.
Adfremit his, quaſſátque caput, qui vellera dono
Bellipotens ſibi fixa videt, tentatáque contra
Pallas, & amborum gemuit Saturnia queſtus.
Tum genitor. vetera hæc nobis & condita pergunt
Ordine cuncta ſuo, rerúmque a principe curſu
Fixa manent. neque enim terris tum ſanguis in vllis
Noſter erat, cùm fata darem, iuſtíque facultas
Hæc mihi, vt hinc varios ſtruerem per ſæcula reges,
Vtque ego curarum repetam decreta mearum.
Iam pridem regio, quæ virginis æquor ad Helles,
Et Tanai tenus immenſo deſcendit ab Euro,
Vndat equis, florétque viris: nec tollere contra
Vlla pares animos, noménque capeſſere bellis
Auſa manus. ſic fata, locos ſic ipſe fouebam,
Accelerat ſed ſumma dies, Aſiámque labantem
Linquimus, & poſcunt iam me ſua tempora Graij.
Inde meæ quercus, tripodéſque animǽque parentum
Hanc pelago miſere manum. via facta per vndas,
Pérque hiemes Bellona tibi, nec vellera tantum
Indignanda manent, proprior de virgine rapta
Ille dolor. ſed nulla magis ſententia menti
Fixa meæ, veniet phrygia nam paſtor ab Ida,
Qui gemitus, iráſque pares, & mutua Graijs
Dona ferat. quæ claſſe dehinc effuſa procorum
Bella? quot ad Troiam flentes hiberna Mycenas?

Quos proceres,natos'que deûm,quæ ròbora cernes
Oppetere? & magnis Aſiam concedere fatis?
Hinc Danaûm de fine ſedet,gentes'que fouebo
Mox alias,pateant montes ſiluæ'que lacus'que
Cũctá'que clauſtra maris. ſpes & metus omnibus eſto.
Arbiter ipſe locos,terrenæ'que ſumma mouendo,
Experiar quæ nam populis longiſſima cunctis
Regna velim,linquam'que datas vbi certus habenas,
Tunc oculos Aegæa refert ad cærula,robur
Herculeum,Ledæ'que tuens genus:atque ita fatur.
Tendite in aſtra viri. me primum regia mundo
Iapeti poſt bella,truces Phlegræ'que labores
Impoſuit:durum vobis iter,& graue cæli
Inſtitui. ſic ecce meus ſic orbe peracto
Liber & expertus terras remeauit Apollo.
Dixit,& ingenti flammantem nubila ſulco
Direxit per inane facem:quæ puppe propinqua
In bifidum diſceſſit iter, fratres'que petiuit
Tyndareos,placida & medijs in frontibus hæſit.
Protinus amborum,lumen'que innoxia fudit
Purpureum:miſeris olim implorabile nautis.
Interea medio ſæuus permiſſa profundo
Carbaſa Pangæa Boreas ſpeculatus ab arce
Continuo Aeoliam,Thyrrena'que tendit ad antra
Concitus, omne dei rapidis nemus ingemit alis:
Strata Ceres,motus'que niger ſub præpete pontus.
Aequore Trinacrio,refugi'que a parte Pelori
Stat rupes horrenda fretis, quot in æthera ſurgit
Molibus, infernas totidem demiſſa ſub vndas.
Nec ſcopulos,aut antra minor iuxta altera tellus
Cernitur:illã Achamas habitat,nudus'que Pyragmõ.
Has nymbi,venti'que domos,& naufraga ſeruat
Tempeſtas. hinc in terras latum'que profundum

Eſt

Eſt iter. hinc olim ſoliti miſcere polum'que
Infelix'que fretum, (neque enim tunc Aeolus illis
Rector erat) Libya cum rumperet aduena Calpen
Oceanus, cum flens ſiculos Oenotria fines
Perderet, & medijs intrarent montibus vndæ,
Intonuit donec pauidis ex æthere ventis
Omnipotens regem'que dedit, quem iuſſa vereri
Sæua cohors in monte, chalybs iterata'que muris
Saxa domant Euros. cum iam prohibere frementum
Ora nequit rex, tunc aditus & clauſtra refringit
Ipſe volens, placat'que data fera murmura porta.
Nuncius hunc ſolio Boreas proturbat ab alto.
Pangæa quod ab arce nefas ait Aeole vidi.
Graia nouam ferro molem commenta iuuentus
Pergit, & ingenti gaudens domat æquora velo.
Nec mihi libertas imis freta tollere arenis,
Qualis eram non dum vinclis & carcere clauſus.
Hinc animi ſtructa'que viris fiducia puppis,
Quod Boream ſub rege vident. da mergere Graios,
Inſanam'que ratem. nil me mea pectora tangunt.
Tantum hominum compeſce minas, dum litora iuxta
Theſſala, nec dum aliæ viderunt carbaſa terræ.
Dixerat. at cuncti fremere intus, & æquora venti
Poſcere. tum valido contortam turbine portam
Impulit Hippotades. fundunt ſe carcere læti
Thraces equi, zephyrus'que & nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus, crinem'que procellis
Hiſpidus, & multa flauus caput Eurus arena.
Induxere hiemem, rauco'que ad litora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. nec ſola tridentis
Regna mouent, vaſto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceo'que premit nox omnia cælo.
Excuſſi manibus remi, conuerſa'que frontem

Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus.
Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malum
Turbo rapit, qui tum Minyis trepidantibus horror
Cum picei fulſere poli? pauidam'que coruſcæ
Ante ratem cecidere faces? antenná'que leuo
Prona dehiſcentem cornu cùm ſuſtulit vndam?
Non hiemem, miſſos'que putant conſurgere ventos
Ignari, ſed tale fretum. tum murmure mæſto:
Hoc erat illicitas temerare rudentibus vndas,
Quod noſtri timuere patres, vix litore puppim
Soluimus, & quanto fremitu ſe ſuſtulit Aegon.
Hoccine Cyaneæ concurrunt æquore cautes?
Triſtius an miſeris supereſt mare? linquite terras
Spe pelagi, ſacrosq́, iterum ſeponite fluctus.
Hæc iterant ſegni flentes occumbere leto.
Magnanimus ſpectat pharetras, & inutile robur
Amphitryoniades. miſcent ſuprema pauentes
Verba alij, iungunt'que manus, atque ora fatigant.
Aſpectu tota in miſero cùm protinus alnus
Soluitur, & vaſto puppis mare ſorbet hiatu.
Illam huc atque illuc nunc torquens verberat Eurus,
Nunc ſtridens zephyris aufert Notus: vndique feruet
Aequora, cùm ſubitus trifida Neptunus in haſta
Cæruleum fundo caput extulit. hanc mihi Pallas
Et ſoror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu
Abſtulerint, veniant Phariæ Tyriæ'que carinæ.
Permiſſum'que putent, quoties mox rapta videbo
Vela notis, plenas'que malis clamoribus vndas?
Non meus Orion, aut ſæuus Pleiade taurus
Mortis cauſſa nouæ miſeris tu gentibus Argo
Fata paras, nec iam merito tibi Typhi quietum
Vlla parens volet Elyſium, manes'que piorum.
Hæc ait. & pontum pater ac turbata reponit
Litora:

Litora: depellit'que Notos, quos cærulus horror
Et madido grauis vnda ſinu, longe'que ſequutus
Imber, ad Aeoliæ tendunt ſimul æquora portæ.
Emicuit reſerata dies, cælum'que reſoluit
Arcus, & in ſummos redierunt nubila montes.
Iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo
Et Tethys & magnis Nereus ſocer erigit vlnis.
Ergo humeros ductor ſacro velatur amictu,
Aeſoniam'que capit pateram, quam munere gaudens
Liquerat hoſpitio, pharetras'que rependerat auro
Salmoneus, non dum ille furens, cùm fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis, contra'que ruentem
Aut Athon, aut Rhodopen, mæſta nemora ardua Piſæ
Aemulus & miſeros ipſe vreret Aelidis agros.
Hac pelago libat latices, & talibus infit.
Dij, quibus vndarum tempeſtatis'que ſonoræ
Imperium, & magno penitus par regia cælo,
Tu'que fretum diuos'que pater ſortite biformes,
Seu caſus nox iſta fuit, ſeu voluitur axis,
Vt superûm ſic ſtaret opus, tolli'que viciſſim
Pontus habet, ſeu te ſubitæ noua puppis imago
Armorum'que hominumq́, truces conſurgere in iras
Impulit: heu luerim ſatis, & tua numina rector
Iam fuerint meliora mihi. da reddere terris
Has animas, patria'que amplecti limina portæ.
Tum quocunque loco meritas tibi plurimus aras
Poſcet honos, vbicunque rotis horrendus equis'que
Stas pater, atque ingens vtrimque fluentia Triton
Frena tenet: tantum noſtras concede per vrbes.
Dixerat hæc. oritur clamor, dextra'que ſequuntur
Verba ducis. ſic cùm ſtabulis & meſſibus ingens
Ira deûm, & calabri populator ſyrius arui
Incubuit, coit agreſtum manus anxia priſcum

In nemus,& miſeris dictat pia vota ſacerdos.
Ecce autem molli zephyros deſcendere lapſu
Aſpiciunt,volat immiſſis caua pinus habenis,
Infindítque ſalum, & ſpumas vomit ære tridenti.
Tiphys agit,tacitíque ſedent ad iuſſa miniſtri.
Qualiter ad ſummi ſolium Iouis omnia circum
Prona parata deo, ventíque imbreſque,niueſque,
Fulguráque,& tonitrus,& adhuc in fontibus amnes.
At ſubitus curáque ducem metus acrior omni,
Menſque mali præſaga quatit, quòd regis adortus
Progeniem,raptóque dolis crudelis Acaſto,
Cetera nuda neci,medióque in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallauerit armis.
Ipſe procul nunc tuta tenens. ruat omnis in illos
Quippe furor:nec vana pauet,trepidatque futuris.
Sæuit atrox Pelias,inimicáque vertice ab alto
Vela videt: nec qua ſe ardens effundere poſſit.
Nil animi nil regna iuuant,fremit obice ponti
Clauſa cohors,teliſque ſalum facibuſque coruſcat.
Haud ſecus æriſona volucer cum Dædalus Ida
Proſiluit,iuxtáque comes breuioribus alis,
Nube noua liquente domos,Minoia fruſtra
Infremuit manus,& viſu laſſatur inani.
Omnis equis pleniſque redit Gortina pharetris.
Quin etiam in thalamis,primóque in limine Acaſti
Fuſus humi,iuuenis greſſus & inania ſigna
Ore premit,ſparſiſque legens veſtigia canis,
Te quoque iam mæſti forſan genitoris imago
Nate ait,& luctus ſubeunt ſuſpiria noſtri.
Iamque dolos,circumque trucis diſcrimina leti
Mille vides:quà te infelix,quibus inſequar oris?
Non ſcythicas ferus ille domos,nec ad oſtia ponti
Tendit iter,falſa ſed captum laudis amore

Te puer

Te puer in noſtra durus tormenta ſenectæ
Nunc lacerat: celſis an ſi freta puppibus eſſent
Peruia, non vltro iuuenes claſſem'que dediſſem?
O domus, o freti nequidquam prole nepotes.
Dixit, & extemplo furys, ira'que minaci
Terribilis, ſunt hic etiam tua vulnera prædo.
Sunt lacrymæ, carus'que parens, ſimul ædibus altis
It'que redit fremens, rerum'que aſperrima verſat.
Biſtonas ad meritos cum cornua ſæua Thyoneus
Torſit, & infelix iam mille furoribus Hæmus.
Iam Rhodopes nemora alta gemunt, talem incita lõgis
Porticibus, coniunx'que fugit, nati'que Lycurgum.
Tartareo tum ſacra Ioui, ſtygys'que ferebat
Manibus Alcimede, tanto ſuper anxia nato,
Si quid ab excitis melius prænoſceret vmbris.
Ipſum etiam curis'que parem, tales'que prementem
Corde metus ducit, facilem tamen, Aeſona coniunx.
In ſcrobibus cruor, & largus Phlegethontis aperti
Stagnat honos, ſæuo'que vocat grandæua tumultu
Theſſalis exanimes atauos, magna'que nepotem
Pleiones. Et iam tenues ad carmina vultus
Extulerat, mæſtos'que tuens natum'que nurum'que.
Talia libato pandebat ſanguine Creteus,
Mitte metus, volat ille mari, quãtum'que propinquat,
Iam magis atque magis, varys ſtupet acta deorum
Prodigys, quatiunt'que truces oracula Colchos.
Heu quibus ingreditur fatis, qui gentibus horror
Pergit. mox ſcythiæ ſpolys nuribus'que ſuperbus
Adueniet. cuperem ipſe graues tum rumpere terras.
Sed tibi triſte nefas, fraterna'que turbidus arma
Rex parat, & ſæuos irarum concipit ignes.
Quin rapis hinc animã, et famulos citus effugis artus.
I, meus es. iam te in lucos pia turba ſilentum,

Diuiditur. celer Aſterion, quem matre carentem,
Criſtatus gemino fouit pater amne Cometes,
Segnior Appidani vires vbi ſentit Enipeus.
Nititur hinc Talaus, fratris'que Leodocus vrget
Remo terga ſui, quos nobile contulit Argos.
Hinc quoque miſſus adeſt, quamuis arcẽtibus Idmon
Alitibus, ſed turpe viro timuiſſe futura.
Hic & Naubolides tortas inſurgit in vndas
Iphitus. hic patrium frangit Neptunius æquor,
Qui tenet vndiſonam Pſamathen, ſemper'que patentẽ
Tænaron, Euphemus, molli'que a litore Pellæ
Deucalion certùs iaculis, & comminus enſe
Nobilis Amphion, pariter quos edidit Hypſa,
Nec potuit ſimiles voluit'ue ediſcere vultus.
Tum valida Clymenus percuſſo pectore tonſa,
Frater & Iphiclus puppem trahit, & face ſæua
In tua mox Danaos acturus ſaxa Caphareu
Nauplius, & tortum non a Ioue fulmen Oileus
Qui gemet, Euboicas nato ſtridente per vndas,
Qui'que Erymanthæi ſudantem pondere monſtri
Amphitryoniaden Tegeæo limine Cepheus
Iuuit, & Amphidamas. at frater plenior annis
Maluit Ancæos vellus contingere Phryxi.
Tectus & Eurytion ſeruato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
Te quoque Theſſalicæ Neſtor rapit in freta puppis
Fama, Mycenæis olim qui candida velis
Aequora, nec ſtantes mirabere mille magiſtros.
Hic vates, Phœbi'que fides non vana parentis
Mopſus, puniceo cui circumfuſa coturno
Palla imos ferit alba pedes, vittatá'que frontem
Caſſis, & in ſummo laurus Peneïa cono.
Quin etiam herculeo conſurgit ab ordine Tydeus,

Neli-

Nelidesque Periclymenus, quem parua Methone
Et leuis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon
Cæſtibus aduerſos viderunt frangere vultus.
Tu quoque Phryxæos remo Pœantie Colchos
Bis Lemnon viſure petis, nunc cuſpide patris
Inclytus, herculeas olim moture ſagittas.
Proximus huic Butes Attæis diues ab oris.
Innumeras nam claudit apes, longáque ſuperbus
Fuſcat nube diem, dum plenas nectare cellas
Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymetton.
Inſequeris caſúsque tuos expreſſa Phalere
Arma geris. vacua nam lapſus ab arbore paruum
Ter quater ardenti tergo circumuenit anguis.
Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.
Tunc cælata metus alios gerit arma Eribotes.
Nec Peleus fretus ſoceris & coniuge diua
Defuit. at prora ſplendet tua cuſpis ab alta
Aeacide, tantum hæc altis excelſior haſtis;
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
Linquit & Actorides natum Chironis in antro,
Vt ſocius caro pariter meditetur Achilli
Fila lyræ, pariterque leues puer incitet haſtas.
Diſcat eques placidi conſcendere terga magiſtri.
Et, quem fama genus non eſt decepta Lyæi,
Phlias immiſſus patrios de vertice crines.
Nec timet Ancæum genetrix committere ponto,
Plena tulit quem rege maris. ſecurus in æquor
Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur:
Qui maris inſidias, claræ qui ſidera noctis
Norit, & e clauſis quem deſtinet Aeolus antris.
Non metuat cui regna ratis, cui tradere cælum
Aſſidua Tiphys vultum laſſatus ab Arcto.
Taurea vulnifico portat, cælatáque plumbo

Terga Lacon, ſaltem in vacuos vt brachia ventos
Spargat, & Oebalium Pagaſeia puppis alumnum
Spectet, ſecuro celebrantem litora ludo.
Oráque Theſſalico melior contundere freno,
Vectorem pauidæ Caſtor dum quæreret Helles,
Paſſus Amyclea pingueſcere Cyllaron herba.
Illis Tenareo pariter tremit ignea fuco
Purpura, quod gemina mater ſpectabile tela
Duxit opus, bis Taygeton ſiluáſque comantes
Struxerat, Eurotan molli bis ſuderat auro.
Quemque ſuus ſonipes niueo de ſtamine portat,
Et volat amborum patrius de pectore cygnus.
At tibi collectas ſoluit iam fibula veſtes,
Oſtendítque humeros fortes, ſpatiúmque ſuperbi
Pectoris, Herculeis æquum Meleagre lacertis.
Hic numeroſa phalanx proles cyllenia, certus
Aethalides ſubitas neruo redeunte ſagittas
Cogere. tu medios gladio bonus ire per hoſtes
Euryte. nec patrio Minyis ignobilis vſu
Nuncia verba ducis populis qui reddit Echion.
Sed non Iphi tuis Argo reditura lacertis,
Heu celerem Scythica te mæſta relinquet arena,
Ceſſantémque tuo lugebit in ordine remum.
Te quoque dant campi tanto paſtore Pheræi
Felices Admete. tuis nam pendit in aruis
Delius: ingrato Steropen quod ſuderat arcu.
Ah quoties famulo notis ſoror obuia ſiluis
Fleuit, vbi Oſſeæ captaret frigora quercus,
Perderet & pingui miſeros Bœbeide crines.
Inſurgit tranſtris, & remo Nerea verſat
Canthus, in Heoo voluet quem barbara cuſpis
Puluere. at interea clari decus adiacet orbis,
Quem genitor geſtabat Abas: ſecat aurea fluctu
Tegmi-

Tegmina Chalcidicas fugiens Euripus arenas.
Celſáque ſemiferum contorquens frena luporum,
Surgis ab oſtrifero medius Neptune Geraſto
Et tibi Palladia pinu Polypheme reuecto
Ante vrbem ardentis reſtat deprendere patris
Relliquias, multum famulis pia iuſta moratis,
Si venias, breuiore petit iam cærula remo,
Occupat & longe ſua tranſtra nouiſſimus Idas.
At frater magnos Lynceus ſeruatus in vſus,
Quem tulit Arene, poſſit qui rumpere terras,
Et Styga tranſmiſſo tacitam deprendere viſu.
Fluctibus e medijs terras dabit ille magiſtro,
Et dabit aſtra rati, cuḿque æthera Iupiter vmbra
Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.
Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ,
Temperet vt tremulos Zete, fraterq́ue Ceruchos.
Nec vero Odryſius tranſtris impenditur Orpheus.
Aut pontum remo ſubigit: ſed carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.
Donat & Iphiclo pelagus, iuuenuḿque labores
Aeſonides, feſſum Phylace quem miſerat æuo,
Nõ iam operum in partẽ, monitus ſed tradat vt acres,
Magnoruḿque viros qui laudibus vrat auorum.
Arge tuæ tibi cura ratis, te mœnia doctum
Theſpia Palladio dant munere: ſors tibi, nequa
Parte trahat tacitum puppis mare, fixáque fluctu
Vel pice vel molli concludere vulnera cera.
Peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab aſtro
Hagniades, felix ſtellis qui ſegnibus vſum,
Et dedit æquoreos cælo duce tendere curſus.
Ecce per obliqui rapidum compendia montis
Ductor auens, lætuſque dolis agnoſcit Acaſtum
Horrentem iaculis, & parmæ luce coruſcum.

Ille

Vi potitur? profugo quin agmina iungere Phryxo
Adnuit, Inoas vltro nec venit ad aras.
Imperij ſed parte virûm, natáque moratus
Coniugio, videt è Graia nunc ſtirpe nepotes,
Et generos vocat, & iunctas ſibi ſanguine terras.
Flecte ratem, motúſque pater: nec vulnere noſtro
Aequora pande viris. veteris ſat conſcia luctus
Silua Padi, & viſo flentes genitore ſorores.
Adfremit his, quaſſátque caput, qui vellera dono
Bellipotens ſibi fixa videt, tentatáque contra
Pallas, & amborum gemuit Saturnia queſtus.
Tum genitor. vetera hæc nobis & condita pergunt
Ordine cuncta ſuo, rerúmque a principe curſu
Fixa manent. neque enim terris tum ſanguis in vllis
Noſter erat, cùm fata darem, iuſtíque facultas
Hæc mihi, vt hinc varios ſtruerem per ſæcula reges,
Vtque ego curarum repetam decreta mearum.
Iam pridem regio, quæ virginis æquor ad Helles,
Et Tanai tenus immenſo deſcendit ab Euro,
Vndat equis, floretque viris: nec tollere contra
Vlla pares animos, noménque capeſſere bellis
Auſa manus. ſic fata, locos ſic ipſe fouebam,
Accelerat ſed ſumma dies, Aſiámque labantem
Linquimus, & poſcunt iam me ſua tempora Graij.
Inde meæ quercus, tripodéſque animǽque parentum
Hanc pelago miſere manum. via facta per vndas,
Pérque hiemes Bellona tibi, nec vellera tantum
Indignanda manent, proprior de virgine rapta
Ille dolor. ſed nulla magis ſententia menti
Fixa meæ, veniet phrygia nam paſtor ab Ida,
Qui gemitus, iráſque pares, & mutua Graijs
Dona ferat. quæ claſſe dehinc effuſa procorum
Bella? quot ad Troiam flentes hiberna Mycenas?

Eſt iter. hinc olim ſoliti miſcere polumq́ue
Infelixq́ue fretum, (neque enim tunc Aeolus illis
Rector erat) Libya cum rumperet aduena Calpen
Oceanus, cum flens ſiculos Oenotria fines
Perderet, & medijs intrarent montibus vndæ,
Intonuit donec pauidis ex æthere ventis
Omnipotens regemq́ue dedit, quem iuſſa vereri
Sæua cohors in monte, chalybs iterataq́ue muris
Saxa domant Euros. cum iam prohibere frementum
Ora nequit rex, tunc aditus & clauſtra refringit
Ipſe volens, placatq́ue data fera murmura porta.
Nuncius hunc ſolio Boreas proturbat ab alto.
Pangæa quod ab arce nefas ait Aeole vidi.
Graia nouam ferro molem commenta iuuentus
Pergit, & ingenti gaudens domat æquora velo.
Nec mihi libertas imis freta tollere arenis,
Qualis eram non dum vinclis & carcere clauſus.
Hinc animi ſtructaq́ue viris fiducia puppis,
Quod Boream ſub rege vident. da mergere Graios,
Inſanamq́ue ratem. nil me mea pectora tangunt.
Tantum hominum compeſce minas, dum litora iuxta
Theſſala, nec dum aliæ viderunt carbaſa terræ.
Dixerat. at cuncti fremere intus, & æquora venti
Poſcere. tum valido contortam turbine portam
Impulit Hippotades. fundunt ſe carcere læti
Thraces equi, zephyrusq́ue & nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus, crinemq́ue procellis
Hiſpidus, & multa flauus caput Eurus arena.
Induxere hiemem, raucoq́ue ad litora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. nec ſola tridentis
Regna mouent, vaſto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoq́ue premit nox omnia cælo.
Excuſſi manibus remi, conuerſaq́ue frontem

Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus.
Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malum
Turbo rapit, qui tum Minyis trepidantibus horror
Cum picei fulſere poli? pauidam'que coruſcæ
Ante ratem cecidere faces? antenna'que læuo
Prona dehiſcentem cornu cùm ſuſtulit vndam?
Non hiemem, miſſos'que putant conſurgere ventos
Ignari, ſed tale fretum. tum murmure mæſto:
Hoc erat illicitas temerare rudentibus vndas,
Quod noſtri timuere patres, vix litore puppim
Soluimus, & quanto fremitu ſe ſuſtulit Aegon.
Hoccine Cyaneæ concurrunt æquore cautes?
Triſtius an miſeris ſupereſt mare? linquite terras
Spe pelagi, ſacroſq; iterum ſeponite fluctus.
Hæc iterant ſegni flentes occumbere leto.
Magnanimus ſpectat pharetras, & inutile robur
Amphitryoniades. miſcent ſuprema pauentes
Verba alij, iungunt'que manus, atque ora fatigant.
Aſpectu tota in miſero cùm protinus alnus
Soluitur, & vaſto puppis mare ſorbet hiatu.
Illam huc atque illuc nunc torquens verberat Eurus,
Nunc ſtridens zephyris aufert Notus: vndique feruēt
Aequora, cùm ſubitus trifida Neptunus in haſta
Cæruleum fundo caput extulit. hanc mihi Pallas
Et ſoror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu
Abſtulerint, veniant Phariæ Tyriæ'que carinæ.
Permiſſum'que putent, quoties mox rapta videbo
Vela notis, plenas'que malis clamoribus vndas?
Non meus Orion, aut ſæuus Pleiade taurus
Mortis cauſſa nouæ miſeris tu gentibus Argo
Fata paras, nec iam merito tibi Typhi quietum
Vlla parens volet Elyſium, manes'que piorum.
Hæc ait. & pontum pater ac turbata reponit

Litora:

Litora: depellit´que Notos, quos cærulus horror
Et madido grauis vnda ſinu, longe´que ſequutus
Imber, ad Aeoliæ tendunt ſimul æquora portæ.
Emicuit reſerata dies, cælum´que reſoluit
Arcus, & in ſummos redierunt nubila montes.
Iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo
Et Tethys & magnis Nereus ſocer erigit vlnis.
Ergo humeros ductor ſacro velatur amictu,
Aeſoniam´que capit pateram, quam munere gaudens
Liquerat hoſpitio, pharetras´que rependerat auro
Salmoneus, non dum ille furens, cùm fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis, contrà´que ruentem
Aut Athon, aut Rhodopen, mæſta nemora ardua Piſæ
Aemulus & miſeros ipſe vreret Aelidis agros.
Hac pelago libat latices, & talibus infit.
Dij, quibus vndarum tempeſtatis´que ſonoræ
Imperium, & magno penitus par regia cælo,
Tu´que fretum diuos´que pater ſortite biformes,
Seu caſus nox iſta fuit, ſeu voluitur axis,
Vt ſuperûm ſic ſtaret opus, tolli´que viciſſim
Pontus habet, ſeu te ſubitæ noua puppis imago
Armorum´que hominumq́, truces conſurgere in iras
Impulit: heu luerim ſatis, & tua numina rector
Iam fuerint meliora mihi. da reddere terris
Has animas, patria´que amplecti limina portæ.
Tum quocunque loco meritas tibi plurimus aras
Poſcet honos, vbicunque rotis horrendus equis´que
Stas pater, atque ingens vtrimque fluentia Triton
Frena tenet: tantum noſtras concede per vrbes.
Dixerat hæc. oritur clamor, dextra´que ſequuntur
Verba ducis. ſic cùm ſtabulis & meſſibus ingens
Ira deûm, & calabri populator ſyrius arui
Incubuit, coit agreſtum manus anxia priſcum

In nemus,& miſeris dictat pia vota ſacerdos.
Ecce autem molli zephyros deſcendere lapſu
Aſpiciunt,volat immiſſis caua pinus habenis,
Infindit'que ſalum, & ſpumas vomit ære tridenti.
Tiphys agit,taciti'que ſedent ad iuſſa miniſtri.
Qualiter ad ſummi ſolium Iouis omnia circum
Prona parata deo, venti'que imbres'que,niues'que,
Fulgurá'que,& tonitrus,& adhuc in fontibus amnes.
At ſubitus curá'que ducem metus acrior omni,
Mens'que mali præſaga quatit, quòd regis adortus
Progeniem,raptó'que dolis crudelis Acaſto,
Cetera nuda neci,medió'que in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallauerit armis.
Ipſe procul nunc tuta tenens. ruat omnis in illos
Quippe furor:nec vana pauet,trepidat'que futuris.
Sæuit atrox Pelias,inimicá'que vertice ab alto
Vela videt: nec qua ſe ardens effundere poſſit.
Nil animi nil regna iuuant,fremit obice ponti
Clauſa cohors,telis'que ſalum facibus'que coruſcat.
Haud ſecus æriſona volucer cum Dædalus Ida
Proſiluit,iuxtá'que comes breuioribus alis,
Nube noua liquente domos,Minoia fruſtra
Infremuit manus,& viſu laſſatur inani.
Omnis equis plenis'que redit Gortina pharetris.
Quin etiam in thalamis,primó'que in limine Acaſti
Fuſus humi,iuuenis greſſus & inania ſigna
Ore premit,ſparſis'que legens veſtigia canis,
Te quoque iam mæſti forſan genitoris imago
Nate ait,& luctus ſubeunt ſuſpiria noſtri.
Iam'que dolos,circum'que trucis diſcrimina leti
Mille vides: quà te infelix,quibus inſequar oris?
Non ſcythicas ferus ille domos,nec ad oſtia ponti
Tendit iter,falſæ ſed captum laudis amore

Te puer

Te puer in noſtræ durus tormenta ſenectæ
Nunc lacerat: celſis an ſi freta puppibus eſſent
Peruia, non vltro iuuenes claſſem´que dediſſem?
O domus, o freti nequidquam prole nepotes.
Dixit, & extemplo furijs, ira´que minaci
Terribilis, ſunt hic etiam tua vulnera prædo.
Sunt lacrymæ, carus´que parens, ſimul ædibus altis
It´que redit fremens, rerum´que aſperrima verſat.
Biſtonas ad meritos cum cornua ſæua Thyoneus
Torſit, & infelix iam mille furoribus Hæmus.
Iam Rhodopes nemora alta gemunt, talem incita lõgis
Porticibus, coniunx´que fugit, nati´que Lycurgum.
Tartareo tum ſacra Ioui, ſtygijs´que ferebat
Manibus Alcimede, tanto ſuper anxia nato,
Si quid ab excitis melius prænoſceret vmbris.
Ipſum etiam curis´que parem, tales´que prementem
Corde metus ducit, facilem tamen, Aeſona coniunx.
In ſcrobibus cruor, & largus Phlegethontis aperti
Stagnat honos, ſæuo´que vocat grandæua tumultu
Theſſalis exanimes atauos, magna´que nepotem
Pleiones. Et iam tenues ad carmina vultus
Extulerat, mæſtos´que tuens natum´que nurum´que.
Talia libato pandebat ſanguine Creteus,
Mitte metus, volat ille mari, quãtum´que propinquat,
Iam magis atque magis, varijs ſtupet acta deorum
Prodigijs, quatiunt´que truces oracula Colchos.
Heu quibus ingreditur fatis, qui gentibus horror
Pergit. mox ſcythiæ ſpolijs nuribus´que ſuperbus
Adueniet. cuperem ipſe graues tum rumpere terras.
Sed tibi triſte nefas, fraterna´que turbidus arma
Rex parat, & ſæuos irarum concipit ignes.
Quin rapis hinc animã, et famulos citus effugis artus.
I, meus es. iam te in lucos pia turba ſilentum,

Secretis'que ciet volitans pater Aeolus antris
Horruit interea famulum clamore ſupremo
Mæſta domus, regem'que fragor per mœnia defert.
Mille ciere manus, & iam dare iuſſa vocatis.
Flagrantes aras veſtem'que nemus'que ſacerdos
Præcipitat, ſubitis'que pauens circumſpicit Aeſon
Quid moueat. quàm multa leo cunctatus in arcta
Mole virûm, rictu'que genas & lumina preſſit.
Sic curæ ſubiere ducem, ferrum ne capeſſat
Imbelle, atque æui ſenior geſtamina primi:
An patres regni'que acuat mutabile vulgus.
Contra effuſa manus, hærens'que in pectore coniunx
Me quoque ait, caſus comitem quicunque propinquat,
Accipies: nec fata traham, natum'que videbo
Te ſine. ſat cæli patiens, cum prima per altum
Vela dedit, potui quæ tantum ferre dolorem.
Talia per lacrymas, & iam circumſpicit Aeſon.
Præueniat quo ſine minas, quo fata capeſſat
Digna ſatis: magnos obitus natum'que domum'que
Et genus Aeolium, pugnatá'que poſcere bella.
Eſt etiam ante oculos rerum rudis altera proles,
Ingentes animos, & fortia diſcere facta
Quem velit, atque olim leti meminiſſe paterni.
Ergo ſacra nouat. Veteris ſub nocte cupreſſi
Sordidus, & multa pallens ferrugine taurus
Stabat adhuc: cui cærulea per cornua vittæ,
Et taxi frons hirta comis: ipſe ager, anhelans
Impatiens'que loci, viſá'que exterritus vmbra:
Hunc ſibi præcipuum gentis de more nefandæ
Theſſalis in ſeros ditis ſeruauerat vſus:
Tergeminam tum placat heram, ſtygiás'que ſupremo
Obſecrat igne domos. iam iam exorabile retro
Carmẽ agẽs, neq. enim ante leues niger auehit vmbras
Portitor, & cunctæ primis ſtant faucibus orci.

Illum vbi terrifici ſupereſſe in tempore ſacri
Conſpexit, ſtatuit leto, ſupremá que fatur,
Ipſe manu tangens damnati cornua tauri.
Vos, quibus imperium Iouis, & non ſegne peractum
Lucis iter, mihi conſilijs, mihi cognita bellis
Nomina, magnorum fama ſacrata nepotum,
Tú que excite parens vmbris, vt noſtra videres
Funera, & oblitos ſuperûm paterere dolores,
Da placidæ mihi ſedis iter, mé que hoſtia veſtris
Conciliet præmiſſa locis. Tu nuntia fontum
Virgo Ioui, terras oculis quæ proſpicis æquis,
Vltricés que deæ fás que & grandæua furorum
Pœna parens, meritis regis ſuccedite tectis,
Et ſæuas inferte faces: ſacer effera raptet
Corda pauor. nec ſola mei grauia affore nati
Arma ratem que putet, claſſes & pontica ſigna,
Atque indignatos temerato litore reges
Mente agitet, ſemper que metu decurrat ad vndas
Arma ciens: mors ſera viam, tentatá que claudat
Effugia, & noſtras nequeat præcurrere diras.
Sed reduces iam iam que viros, auró que coruſcum
Cernat iter. ſtabo inſultans: & ouantia contra
Ora, manús que feram. tum vobis ſi quod inauſum
Arcanum que nefas, & adhuc incognita leti
Sors ſupereſt, date fallaci pudibunda ſenectæ
Exitia, indecorés que obitus. non Marte nec armis,
Aut nati precor ille mei dignatus, vt vnquam
Enſe cadat, quin fida manus, quin cara ſuorum
Diripiat, laceret que ſenem. nec membra ſepulcro
Contegat. hæc noſter de rege piacula ſanguis
Sumat, & heu cunctæ, quas miſit in æquora, gentes.
Adſtitit, & nigro fumantia pocula tabo
Contigit ipſa graui furiarum maxima dextra.

Illæ auide exceptum pateris hauſere cruorem.
Fit fragor: irrumpunt ſonitu qui ſæua ferebant
Imperia, & ſtrictos iuſſis regalibus enſes.
In media iam morte ſenes, ſuffecta que leto
Lumina, & vndanti reuomentes veſte cruorem
Conſpiciunt. primó que rudem ſub limine rerum
Te puer, & viſa pallentem morte parentum
Diripiunt, addunt que tuis. procul horruit Aeſon
Excedens, memorem que tulit ſub nubibus vmbram.
Cardine ſub noſtro, rebuſ que acciſa ſupernis
Tartarei ſedet aula patris. non illa ruenti
Acceſſura polo, victam ſi voluere molem.

*

Ingenti iacet ore Chaos: quod pondere fiſſam
Materiem, lapſum que queat conſumere mundum.
Hic geminæ æternum portæ, quarum altera dura
Semper lege patens, populos reges que receptat.
Aſt aliam tentare nefas, & tendere contra.
Rara & ſponte patet, ſi quando pectore ductor
Vulnera nota gerens galeis præfixa, rotis que
Cui domus, aut ſtudium mortales pellere curas,
Culta fides, longe metus, atque ignota cupido.
Seu venit in vittis, caſta que in veſte ſacerdos,
Quos omnes lenis plantis & lampada quaſſans
Progenies Atlantis agit. lucet via late
Igne dei, donec ſiluas, & amœna piorum
Deueniant, campos que, vbi Sol, totum que per annum
Durat aprica dies, thyaſi que, chori que virorum,
Carmina que, & quorum populis iam nulla cupido.
Has pater in ſedes, æterna que mœnia natum,
Inducit que nurum. tum porta quanta ſiniſtra
Pœna, docet, maneat Peliam, quo limine monſtrat.
Mirantur tantos ſtrepitus, turbam que ruentem,
Et loca, & infernos almæ virtutis honores.

C. VALERII FLACCI BALBI SETINI ARGONAVTICON

LIBER SECVNDVS.

INterea ſcelerum luctus'que ignarus Iaſon
Alta ſecat, (neque enim patrios cogno-
ſcere caſus
Iuno ſinit, medijs ardēs ne flectat ab vndis,
Ac temere in Pelian, & adhuc obſtātia regis
Fata ruat, placitos'que deis neu deſerat actus)
Iam'que fretis ſummas æquatum Pelion ornos,
Templa'que piſeæ mergunt obliqua Dianæ.
Iam Sciathos ſubſedit aquis. iam longa receſſit
Sepias, attollit tondentes pabula Magnes
Campus equos, vidiſſe putant Dolopeia buſta,
Intrantem'que Amyron curuas quæſita per oras
Aequora, flumineo cuius redeuntia vento
Vela legunt, remis inſurgitur. inde ſalutant
Eurymenas. recipit velum'que fretum'que reuerſus
Auſter, & in nubem Minyis repetentibus altum
Oſſa redit. metus ecce deûm, damnata'que bello
Pallene, circum'que vident immania monſtra
Terrigenûm cælo quondam aduerſata gigantum,
Quos ſcopulis trabibus'que parens miſerata iugis'que
Induit, & verſos exſtruxit in æthera montes.
Quiſque ſuas in rupe minas, pugnam'que metus'que,
Seruat adhuc, quatit ipſe hiemes, & torquet ab alto
Fulmina crebra pater. ſcopulis ſed maximus illis
Horror abeſt, ſicula preſſus tellure Typhœus.
Hunc profugum, & ſacras reuomentem pectore flāmas
(Vt memorant) prenſum ipſe comis Neptunus in alto
Abſtulit, implicuit'que vadis, toties'que cruenta

Mole reſurgentem, torquentem'que ignibus vndas
Sicanium dedit vſque fretum, cum'que vrbibus Aetnã
Intulit ora premens: trux ille eiectat adeſi
Fundamenta iugi. pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, iniectam feſſo dum pectore molem
Commouet experiens, gemitu'que reponit inani.
Iam'que Hyperionius metas maris vrget Iberi
Currus, & euectæ prono laxantur habenæ
Aethere, cùm palmas Tethys grandæua, ſinus'que
Suſtulit, & rupto ſonuit ſacer æquore Titan.
Auxerat hora metus, iam ſe vertentis olympi.
Vt faciem, raptos'que ſimul montes'que locos'que
Ex oculis, circum'que graues videre tenebras,
Ipſa quies rerum, mundi'que ſilentia terrent,
Aſtra'que, & effuſis ſtellatus crinibus æther.
Ac velut ignota captus regione viarum,
Noctiuagum qui carpit iter, non aure quieſcit:
Non oculis, noctis'que metus niger auget vtrimque
Campus, & occurrens vmbris maioribus arbor;
Haud aliter trepidare viri: ſed pectora firmans
Hagniades, Non hanc, inquit, ſine Numine pinum
Dirigimus: nec me tantum Tritonia curſus
Erudijt, ſæpe ipſa manu dignata carinam eſt.
At non experti, ſubitus cum luce fugata
Horruit imbre dies, quantis, prô Iupiter, auſtris
Reſtitimus! quanta quoties & Palladis arte
In caſſum decimæ cecidit tumor arduus vndæ!
Quin agite o ſocij, micat immutabile cælum,
Pura'que nec grauido ſurrexit Cynthia cornu,
Nullus in ore rubor, certus'que ad talia Titan
Integer in fluctus & in imo decidit Euro.
Adde quòd in noctem venti velo'que mari'que
Incumbunt magis: it tacitis ratis ocyor auris.

Atque

Atque adeo non illa ſequi mihi ſidera monſtrant,
Quæ delapſa polo reficit mare. tantus Orion
Iam cadit,irato iam ſtridet in æquore Perſeus.
Sed mihi dux,vetitis qui nunquam conditur vndis,
Axe nitet ſerpens,ſeptenos'que implicat ignes.
Sic ait,& certi memorat qui vultus olympi,
Pleiones Hyadum'que locos,quo ſidere vibret
Enſis,& Actæus niteat qua luce Bootes.
Hæc vbi dicta dedit,Cereris tum munere feſſas
Reſtituunt vires,& parco corpora Baccho.
Mox ſomno ceſſere:regunt ſua ſidera puppem.
Iam'que ſub Eoæ dubios Atlantidis ignes
Albet ager,motis'que truces ab ouilibus vrſi
Tuta domos'que petunt,raras & litus in altum
Mittit aues:cùm primus equis exegit anhelis
Phœbus Athon,medias'que diem diſperſit in vndas.
Certatim remis agitur mare,roſtra'que curſu
Prima tremunt, & iam ſummis Vulcania ſurgit
Lemnos aquis,tibi per varios defleta labores
Ignipotens,nec te furijs & crimine matrum
Terra fugat,meriti'que piget meminiſſe prioris.
Tempore quo primum fremitus inſurgere opertos
Cælicolûm, & regni ſenſit nouitate tumentes
Iupiter,ætherea nec ſtare ſilentia pacis,
Iunonem volucri primam ſuſpendit olympo
Horrendum Chaos oſtendens,pœnas'que barathri.
Mox etiam pauidæ tentantem vincula matris
Soluere prærupti Vulcanum vertice cæli
Deuoluit. ruit ille polo,noctem'que diem'que
Turbinis in morem, Lemni cùm litore tandem
Inſonuit. vox inde repens vt perculit vrbem,
Accliuem ſcopulo inueniunt:miſerent'que fouent'que
Alternos ægro cunctantem poplite greſſus.

Hic reduci ſuperas poſtquam pater annuit arces,
Lemnos cara deo,nec fama notior Aetnæ,
Aut Lipares domus. has epulas,hæc templa peracta
Aegide, & horrifici formatis fulminis alis
Lætus adit. contra Veneris ſtat frigida ſemper
Ara loco,meritas poſtquam dea coniugis iras
Horruit,& tacitæ Martem tenuere catenæ.
Quo circa ſtruit illa nefas,Lemnoq; merenti
Exitium furiale mouet,neque enim alma videri
Iam tum ea,cum teretri crinem ſubnectitur auro
Sidereos diffuſa ſinus,eadem effera & ingens
Et maculis ſuffecta genas,pinum'que ſonantem
Virginibus ſtygijs,nigramq; ſimillima pallam.
Iam'que dies aderat, Thracas qui fuderat armis.
Dux Lemni puppes tenui contexere canna
Auſus, & inducto cratem defendere tergo.
Læta mari dum ſigna refert,plenas'que mouebant
Armentis nuribus'que rates, & barbara veſtis
Et torques inſigne loci,ſonat æquore clamor.
O patria,o varijs coniunx nunc anxia curis.
Has agimus longi famulas tibi præmia belli.
Cum dea ſe piceo per ſudum turbida nimbo
Præcipitat,famam'que vagam veſtigat in vmbra.
Quã pater omnipotens digna,atq; indigna canentẽ,
Spargentem'que metus,placidis regionibus arcet
Aetheris. illa fremens habitat ſub nubibus imis
Non erebi,non diua poli, terras'que fatigat
Quà datur. audentem primi ſpernuntq; fouent'que.
Mox omnes agit,& motis quatit oppida linguis.
Talem diua ſibi ſceleris'que doli'que miniſtram
Quærit auens. videt illa prior. iam'que aduolat vltro
Impatiens,iam'que ora parat,iam ſuſcitat aures.
Hanc ſuper incendit Venus, atque his vocibus implet.

Vade

Vade age, ad æquoream virgo delabere Lemnon,
Et cunctas mihi verte domos, præcurrere qualis
Bella ſoles, cum mille tubas armatáque campis
Agmina, & innumerûm flatus confingis equorum.
Adfore iam luxu turpíque cupidine captos
Fare viros, caraſque thoris inducere Threſſas.
Hinc tibi principia, vt rabidas dolor vndique matres
Inſtimulet. mox ipſa adero, ducamque paratas.
Illa abit, & mediam gaudens defertur in vrbem.
Et primam Eurynomen ad proxima limina Codri
Occupat, exeſam curis, caſtumque cubile
Seruantem. manet illa viro, famulaſque fatigat.
Litoribus, tardi reputant quæ tempora belli
Ante thorum, & longo mulcent inſomnia penſo.
Huic dea cum lacrymis & nota veſte Neæra
Icta genas, vtinam non hic tibi nuntius eſſem.
O ſoror, aut noſtros inquit prius vnda dolores
Obruat, in tali quoniam tibi tempore coniunx
(Sic meruit) votis quem tu fletúque requiris:
Heu furit, & captæ indigno famulatur amore.
Iamque aderũt, thalamisq; tuis Threïſſa propinquat.
Non fama, non arte colus, non laude pudoris
Par tibi. nec magni proles præclara Dorycli.
Picta manus vſtóque placet ſed barbara mento.
Attamen hos tales forſan ſolabere caſus
Tu thalamis, fatóque legens meliore penates.
Me tua matris egens, damnatáque pellice proles
Exanimat, quam iam miſeros tranſuerſa tuentem,
Letaleſque dapes, infectáque pocula cerno.
Sis ſumus vt ſimiles, flammis genus. adde cruentis
Quod patrium ſæuire dabis, iam lacte ferino,
Iam veniet durata gelu. ſed me quoque pulſam
Fama viro, noſtroſque thoros virgata tenebit,

Et plau-

Et plauſtro direpta nurus. ſic fata querelas
Abſcidit,& curis pauidam lacrymiſ'que reliquit.
Tranſit ad Iphinoen,iiſdem'que Amithaonis implet,
Olenij'que domum furijs. totam inde per vrbem
Perſonat, vt cunctas agitent expellere Lemno:
Ipſi vrbem Threſſæ'que regant. dolor ira'que ſurgit.
Obuia quæ'que eadem retrahitq́, audit'que, neque vlli
Vana fides. tum voce deos tum queſtibus implent.
Oſcula iam'que thoris,iam'que oſcula poſtibus ipſis
Ingeminant,lacrymiſ'que iterum viſu'que morantur.
Proſiliunt,nec tecta virûm, thalamoſ'que reuiſunt
Amplius. adglomerant ſeſe,nudiſ'que ſub aſtris
Condenſæ fletus acuunt, ac dira precantur
Coniugia,& ſtygias infanda ad fœdera tedas.
Has inter medias Dryopes in imagine mæſta
Flet Venus,& ſæuis ardens dea planctibus inſtat,
Prima'que. Sarmaticas vtinam fortuna dediſſet
Inſediſſe domos,triſtes'que habitaſſe pruinas.
Plauſtra ſequi, vel iam patriæ vidiſſe per ignes
Culmen agi, ſtragem'que deûm. nam cetera belli
Perpetimur. me ne ille nouis me deſtinat amens
Seruitijs? vrbem vt fugiens natoſ'que relinquam?
Non prius enſe manus, rapto'que armabimus igne?
Dum'que ſilent ducunt'que noua cum coniuge ſomnos,
Magnum aliquid ſpirabit amor? tunc ignea torquens
Lumina,præcipites excuſſit ab vbere natos.
Ilicet arrectæ mentes,euicta'que matrum
Corda, ſacer Veneris gemitus rapit. æquora cuncta
Proſpiciunt, ſimulant'que choros,delubra'que feſta
Fronde tegunt,læta'que viris venientibus adſunt.
Iam'que domos menſaſ'que petunt,diſcumbitur altis
Porticibus,ſua cuique furens feſtina'que coniunx
Adiacet. inferni qualis ſub nocte barathri

Accu-

Accubat, attonitum Phlegyan & Theſea iuxta
Tiſiphone, ſæuaſque dapes & pocula libat:
Tormenti genus, & nigris amplectitur hydris.
Ipſa Venus quaſſans vndantem turbine pinum
Agglomerat tenebras, pugnæque adcincta trementem
Deſilit in Lemnon, nimbiſque & luce fragoſa
Proſequitur polus, & tonitru pater auget honoro.
Inde nouam pauidas vocem furibunda per aures
Congeminat: qua primus Athos, & pontus, & ingens
Thraca palus, pariterque thoris exhorruit omnis
Mater, & aſtricto riguerunt vbere nati.
Accelerat pauor, & Geticis diſcordia demens
E ſtabulis, atræque genis pallentibus iræ,
Et dolus, & rabies, & leti maior imago
Viſa truces exſerta manus, vt prima vocatu
Intonuit, ſignumque dedit Mauortia coniunx.
Hic aliud Venus, & multo magis ipſa tremendum
Orſa nefas, gemitus fingit voceſque cadentum,
Irrupitque domos, & ſingultantia geſtans
Ora manu, taboque ſinus perfuſa recenti,
Arrectaſque comas, meritos en prima reuertor
Vlta thoros. premit ecce dies. tum verbere victas
In thalamos agit, & cunctantibus inuenit enſes.
Vnde ego tot ſcelerum facies, tot fata iacentum
Exſequar? heu vatem monſtris quibus intulit ordo?
Quæ ſe aperit ſeries? ó qui me vera canentem
Siſtat? & hac noſtras exſoluat imagine noctes?
Inuadunt aditus, & quondam cara ſuorum
Corpora, pars (vt erant) dapibus vinoque ſoporos,
Pars conferre manus etiam, magniſque paratæ
Cum facibus, quoſdam inſomnes & cuncta tuentes
Sed tentare fugam, prohibetque capeſſere contra
Arma metus. adeo ingentes inimica videri

Dina

Diua dabat,notá que ſonat vox coniuge maior.
Tantum oculos preſſere metu,velut agmina cernant
Eumenidum,ferrum ue ſuper Bellona coruſcet.
Hoc ſoror,hoc coniunx, propior que hoc nata, parensq́;
Sæua valet:preſſos que thoris mactat que trahit que
Femineum genus:immanes quos ſternere Beſſi,
Nec Geticæ potuere manus,aut æquoris iræ.
His cruor in thalamis,& anhela in pectore fumant
Vulnera,ſe que thoris miſero luctamine trunci
Deuoluunt. diras aliæ ad faſtigia tædas
Iniiciunt,addunt que domos,pars ignibus atris
Effugiunt propere,ſed dura in limine coniunx
Obſidet,& viſo repetunt incendia ferro.
Aſt aliæ Threſſas labem cauſam que furoris
Diripiunt. mixti gemitus clamor que precantum
Barbarus,ignotá que implebant æthera voces.
Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus auſis
Ora feram,decus & patriæ laus vna ruentis
Hypſipyle, non vlla meo te carmine dictam
Abſtulerint, durent latiis modo ſæcula faſtis,
Iliaci que lares,tanti que palatia regni
Irruerant actæ, pariter natá que nurus que,
Totá que iam ſparſis exarſerat inſula monſtris.
Illa pias armata manus, fuge protinus vrbem
Me que pater,non hoſtis ait,non mœnia læſi (thor.
Thraces habẽt, noſtrum hoc facinus,ne quære quis au-
Iam fuge,iam dubiæ donum rape mentis,& enſem
Tu potius miſeræ retine. tunc excipit artus,
Obnubit que caput,tacitum que ad conſcia Bacchi
Templa rapit,primó que manus a limine tendens,
Exime nos ſceleri pater,& miſerere piorum
Rurſus ait. tacita pauidum tunc ſede locauit
Sub pedibus,dextrá que dei. latet ille receptus

Veſte

Veſte ſacra, voces chorus & trieterica reddunt
Aera ſonum, fixáque fremunt in limine tygres.
Regina vt roſeis auroram ſurgere bigis
Vidit, & inſomni laſſatas turbine tandem
Conticuiſſe domos, ſtabilem quando optima facta
Dant animum, maioráque pijs audacia cœptis,
Serta patri, iuuenísque comam, veſtésque Lyæi
Induit, & medium curru locat, æráque circum,
Tympanáque & plenas tacita formidine ciſtas.
Ipſa ſinus, ederísque ligat famularibus artus,
Pampineámque quatit ventoſis ictibus haſtam,
Reſpiciens teneat virides velatus habenas
Vt pater, & nitea tumeant vt cornua mitra.
Et ſacer vt Bacchum referat ſcyphus. impulit acri
Tum validas ſtridore fores, rapitúrque per vrbem
Talia voce canens. linque, o mi cæde madentem
Bacche domum: ſine fœdatum te funere pontus
Expiet, & referam lotos in templa dracones.
Sic medios egreſſa metus, facit ipſe verendam
Nam deus, & flatu non inſcia gliſcit anhelo.
Iámque ſenem tacitis ſæua procul vrbe remotum
Occulerat ſiluis. ipſam ſed conſcius auſi
Nocte diéque pauor, fraudatáque turbat Erinnys.
Non ſimiles iam ferre choros (ſemel orgia fallunt)
Audet, non patrios furtis accedere ſaltus:
Et fuga diuerſas miſero quærenda per artes.
Viſa ratis ſæuæ defecta laboribus vndæ,
Quam Thetidi longinqua dies glaucóque repoſtam
Solibus, & canis vrebat luna pruinis.
Huc genitorem altæ per opaca ſilentia noctis
Præcipitem ſiluis rapit: & ſic mæſta profatur.
Quam genitor patriam? quãtas modo linquis inani
Pube domos? prô dira lues, prô noctis acerbæ

Exitium! talin' poſſum te credere puppi
Care parens? poſſum tantis retinere periclis?
Soluimus heu miſerum furtis ſcelus,annue votis
Diua,ſoporiferas quæ nunc trahis æquore bigas.
Non populos,non dite ſolum,non vlla parenti
Regna peto:patria liceat decedere terra.
Quando ego ſeruato mediam genitore per vrbem
Læta ferar? quando hic lacrymas planctusq́; videbo?
Dixerat. ille procul trunca fugit anxius alno,
Taurorúmque locos,delubráque ſæua Dianæ
Aduenit. hic illum triſti dea præficis aræ
Enſe dato. mora nec terris tibi longa cruentis.
Iam nemus Egeriæ, iam te ciet altus ab Alba
Iupiter,& ſoli non mitis Aricia regi.
Arcem nata petit,quo iam manus horrida matrum
Congruerat. rauco fremitu ſedere parentum,
Natorúmque locis,vacuáque in mœnibus vrbis
Iura nouant,donant ſolio,ſceptrísque paternis
Vt meritam,redeúntque piæ ſua præmia menti.
Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
Arma volant,rapitur ſubito regina tumultu,
Conciliúmque vocat:non illis obuia tela
Ferre,nec infeſtos deerat furor improbus ignes,
Ni Veneris ſæuas fregiſſet Mulciber iras.
Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo
Non patriam,non certa genus,ſed maxima Cœte
Proteáque ambiguum Pharijs referebat ab antris
Huc rexiſſe vias, iunctis ſuper æquora phocis,
Sæpe imis ſe condit aquis,cunctatáque paullum
Surgit,vt auditas referens in gurgite voces.
Portum demus ait. nobis, hæc credite, puppis
Aduenit,& leuior Lemno deus æquore flexit
Huc Minyas:Venus ipſa volens dat tempora iungi,

Dum

Dum vires vtero, maternáque ſufficit ætas.
Dicta placent, portatq́ue preces ad litora Graijs
Iphinoë: nec turba nocens, ſceleriſq́ue recentis
Signa mouent, tollitq́ue loci Cytheræa timorem.
Protinus ingentem procerum ſub nomine taurum
Deijcit, inſuetis & iam pia munera templis
Reddit, & hæc prima Veneris calet ara iuuenca.
Ventum erat ad rupem: cuius pendentia nigris
Fumant ſaxa iugis, coquiturq́ue vaporibus aër.
Subſtitit Aeſonides, atque hic regina precari
Hortatur, cauſſaſq́ue docens, hæc antra videtis,
Vulcaniq;, ait, ecce domos: date vina preceſq́ue,
Forſitan hoc factum taceat iam fulmen in antro,
Nox dabit ipſa fidem: clauſæ cùm murmura flammæ
Hoſpes, & incuſſæ ſonitum mirabere maſſæ.
Mœnia tum vireſq́ue loci, vetereſq́ue parentum
Iactat opes. medijs famulæ conuiuia tectis
Expediunt, Tyrio vibrat thorus igneus oſtro.
Stat mærens atauos reges, regeſq́ue maritos
Threſſa manus, quæcunque faces timuiſſe iugales
Credita, nec dominæ ſanctum tetigiſſe cubile.
Iam medio Aeſonides, iam ſe regina locauit,
Poſt alij proceres, ſacris dum vincitur extis
Prima fames, circum pateris it Bacchus, & omnis
Aula ſilet: dapibus cœptis mox tempora fallunt
Noctis, & in ſeras durant ſermonibus vmbras,
Præcipuáque ducis caſus mirata requirit
Hypſipyle, quæ fata trahant, quæ regis agat vis,
Aut vnde Hæmoniæ molem ratis, vnius heret
Alloquio, & blandos paullatim colligit ignes,
Iam non dura thoris, Veneri nec iniqua reuerſæ.
Et deus ipſe moras, ſpatiumq; indulget amori.
Pliada lege poli nimboſo mouerat aſtro

Iupiter, æternum voluens opus, & ſimul vndis
Cuncta ruunt, vnó que dei Pangæa ſub ictu.
Gargará que, & mæſti ſteterant formidine luci.
Sæuior haud alio mortales tempore gentes
Terror agit. tunc vrget enim, tunc flagitat iras
In populos Aſtræa Iouem, terriś que relictis
Inuocat aſſiduo Saturnia ſidera queſtu.
Inſequitur niger, & magnis cum fratribus Eurus
Intonat Aegæo, tendit' que ad litora pontus.
Et lunam quarto denſam videt imbribus ortu
Theſpiades, longis cœptis & fluctibus arcet
Quem metus, vſque nouos diuæ melioris ad ignes
Vrbe ſedent læti Minyæ, viduiś que vacantes
Indulgent thalamis, nimboś que educere luxu.
Nec iam velle vias, zephyroś que audire vocantes
Diſſimulant, donec reſides Tyrinthius heros
Non tulit, ipſe rati inuigilans atque integer, vrbis
Inuidiſſe deos tantum maris æquor adortis,
Deſertaś que domos fraudatá que tempore ſegni
Vota patrum, quid & ipſe viris cunctantibus adſit?
O miſeri quicunque tuis acceſſimus actis,
Phaſin & Aeæten, ſcythicí que pericula ponti,
Redde ait Aeſonide, me tecum ſolus in æquor
Rerum traxit amor, dum ſpes mihi ſiſtere montes
Cyaneos, vigilem' que alium ſpoliare draconem
Si ſedet Aegæi ſcopulos habitare profundi,
Hoc mecum Telamon peragét meus. hæc vbi dicta,
Haud ſecus Aeſonides monitis accenſus amaris,
Quàm bellator equus, longa quem frigida pace
Terra iuuat breuis, in læuos piger angitur orbes;
Frena tamen dominum' que velit ſi Martius aures
Clamor, & obliti rurſus fragor impleat æris.
Tunc Argum, Tiphym' que vocat, pelagó que parari
Præcipi-

Præcipitat, petit ingenti clamore magiſter
Arma, viros, pariter ſparſoſ'que in litore remos.
Exoritur nouus vrbe dolor, planctuſ'que per omnes
It facies antiqua domos. ſibi mœnia linqui
En iterum. & quando natorum tempora gentem
Qui recolant, qui ſceptra regant. nunc triſte neſandæ
Noctis opus. vidui nunc illa ſilentia tecti
Sæuit amor, thalamos excuſſa'que vincla quod auſæ
Imbuere, atque iterum tales admittere curas:
Ipſa quoque Hypſipyle ſubitos per litora curſus
Vt vidit, tota'que viros decedere Lemno,
Ingemuit, & tali compellat Iaſona queſtu.
Iam ne placet primo deducere vela ſereno
Carius o mihi patre caput? modo ſæua quierunt
Aequora, ſi portus fugeret ratis aſpera, ſi te
Plias in aduerſæ tenuiſſet litore Thraces.
Ergo moras cælo curſum'que tenentibus vndis
Debuimus, dixit lacrymans. heſura'que caro
Dona duci promit chlamydem, textoſ'que labores.
Illic ſeruati genitoris conſcia ſacra
Preſſit acu, curruſ'que pios. ſtant ſæua pauentum
Agmina, dant'que locum, viridis circum horrida tela
Silua tremit, medijs refugit pater anxius vmbris.
Pars & frondoſæ raptus expreſſerat Idæ,
Illuſtrem'que fugam pueri. mox æthere lætus
Adſtabat menſis. quin & Iouis armiger, ipſe
Accipit a phrygio iam pocula blanda miniſtro.
Tunc enſem notum'que ferens inſigne Thoantis
Accipe ait, bellis mediæ'que vt puluere pugnæ
Sim comes, Aetnæi genitor quæ flammea geſſit
Dona dei, nunc digna tuis adiungier armis.
I, memor, i terræ quæ vos amplexa quieto
Prima ſinu, refer & domitis a Colchidos oris

Vela,per hunc,vtero quem linquis Iaſona noſtro.
Sic ait Hæmonij labens in colla mariti.
Nec minus Orphea triſtis ceruice,tuá que
Aeacide,& gemino coniunx a Caſtore pendet.
Has inter lacrymas legitur piger vncus arenis,
Iam remi rapuere ratem,iam flamina portant.
Spumea ſubſequitur fugientis ſemita claui.
Tunc tenuis Lemnos, tranſit que Electria tellus
Threicijs arcana ſacris,hic numinis ingens
Horror,& incautis decreta piacula linguis.
Hanc demiſſa Ioui non vnquam lædere fluctu
Audet hiems, ſponte ipſe deus tunc aſperat vndas.
Cum vetat infidos ſua litora tangere nautas.
Obuius at Minyas,terris adytis que ſacerdos
Excipit,hoſpitibus reſerans ſecreta Thyotes.
* *Hactenus in populos vates Samothracia diuûm*
Miſſa mane, ſacris que metum ſeruemus opertis.
Illi ſole nouo læti, pleni que deorum
Conſidunt tranſtris:iam quas præuiderat vrbes
Nauita condebat, proræ que acceſſerat Imbros,
Et ſol æthereas medius conſcenderat arces.
Theſſala Dardanijs tum primum puppis arenis
Adpulit,& fatis Sigæo litore ſedit.
Deſiliunt, pars hic leuibus candentia velis
Caſtra leuat:tracto pars frangit adorea ſaxo
Farra,citum ſtrictis alius de cautibus ignem
Oſtendit folijs, & ſulfure paſcit amico.
Alcides Telamon que comes dum litora blando
Anfractu ſinuoſa legunt,vox attigit aures
Flebile ſuccedens,cum fracta remurmurat vnda.
Attoniti preſſere gradum,vacuum que ſequuntur
Vocis iter:iam certa ſonat,deſerta que duræ
Virgo neci,quem non hominum ſuperûmq; vocabat?

Acrius

Acrius hoc inſtare viri, ſuccurrere certi.
Qualiter, impleuit gemitu cum taurus acerbo
Auia, frangentem morſu ſuper alta leonem
Terga frens: coit e ſparſo concita mapali
Agreſtum manus, & cæco clamore coloni.
Conſtitit Alcides, viſúque enixus in alta
Rupe truces manicas, defectáque virginis ora
Cernit, & ad primos ſurgentia lumina fluctus
Exanimum veluti, multa tamen arte coactum
Mæret ebur, Pariúsue notas & nomina ſumit
Cum lapis, aut liquidi referunt miranda colores.
Ductor ait, quod virgo tibi nomén que genúsque,
Quæ mors iſta doce, tendunt cur vincula palmas?
Illa tremens, triſtíque oculos deiecta pudore.
Non ego digna malis inquit, ſuprema parentum
Dona vides, oſtro ſcopulos, auróque frequentes.
Nos Ili veteris quondam genus, inuida donec
Laomedontæos fugeret fortuna penates.
Principio morbi, cælóque exacta ſereno
Temperies, arſere rogis certantibus agri,
Cum ſubitus fragor, & fluctus Idæa mouentes
Cum ſtabulis nemora, ecce repens conſurgere ponto
Bellua, monſtrum ingens. hanc tu nec montibus vllis,
Nec noſtro metire mari. primæua furenti
Huic manus, amplexus inter, planctúsque parentum
Deditur. hoc ſortes, hoc corniger imperat Ammon
Virgineam damnare animam, ſortitáque Lethen
Corpora crudelis ſcopulis me deſtinat vrna.
Verum ó iam redeunt Phrygibus ſi numina, túque
Ille ades augurijs promiſſe, & ſorte deorum,
Iam cui candentes votiuo in gramine paſcit
Cornipedes genitor, noſtræ ſtata dona ſalutis:
Annue, méque precor, defectáque Pergama monſtris

Eripe (namque potes) neque enim tam lata videbam
Pectora, Neptunus muros cùm iungeret aſtris.
Nec tales humeros, pharetram'que gerebat Apollo.
Auxerat hæc locus, & facies mæſtiſſima capti
Litoris, & tumuli, cælum'que quod incubat urbi:
Quale laborantis Nemees iter, aut Erymanthi
Vidit, & infectæ miſeratus flumina Lernæ.
Dat procul interea ſignum Neptunus, & vna
Monſtriferi mugire ſinus, Sigæá'que peſtis
Adglomerare fretum, cuius ſtellantia glauca
Lumina nube tremunt, atque ordine curua triſulco
Fulmineus quatit ora fragor, pelago'que remenſo
Cauda redit, paſſus'que ſinus rapit ardua ceruix.
Illam incumbentem per mille volumina pontus
Proſequitur lateri adſultans, trepidis'que ruentem
Litoribus ſua cogit hiems. non fluctibus æquis
Nubiferi venit vnda noti, non Africus alto
Tantus ouat, patriisq́; manus cùm plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Ecce ducem placitæ furiis crudeſcere pugnæ
Surgentem'que thoris ſtupet, immanemq́; paratu
Aeacides, pulſent'que graues vt terga pharetræ.
Ille patrem pelagi'que deos, ſuaq́; arma precatus
Inſiluit ſcopulo, motum'que e ſedibus æquor
Horruit, & celſi ſpatioſa volumina monſtri.
Qualis vbi a gelidi Boreas conuallibus Hebri
Tollitur, & volucres riphæa per ardua nubes
Præcipitat, piceo nec dum tenet omnia cælo.
Ille ſimul molem horrificam, ſcopuloſa'que terga
Promouet, ingenti'que vmbra ſubit, intremere Idæ
Illidi'que rates, pronæ'que reſurgere turres.
Occupat Alcides arcum, tota'que pharetræ
Nube premit. non illa magis, quàm ſede mouetur

Magnus

Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.
Iam breuis, & telo volucri non vtilis aër.
Tum vero fremitus, vani'que inſania cœpit,
Et tacitus pudor, & rurſus palleſcere virgo
Proicit arma manu. ſcopulos vicina'que ſaxa
Reſpicit, & quantum ventis adiuta vetuſtas
Impulerit, ponti'ue fragor, tantum abſcidit imi
Concutiens a ſede maris. iam'que agmine toto
Piſtris adeſt, miſera'que inhiat iam proxima præda.
Stat medijs elatus aquis, recipit'que ruentem
Alcides, ſaxo'que prior ſurgentia colla
Obruit, hinc vaſtos nodoſi roboris ictus
Congeminat. fluctus præceps defertur in imos,
Iam totis reſoluta vadis. Idea'que mater
Et chorus, & ſummis vlularunt collibus amnes.
Protinus e ſcopulis, & opaca valle reſurgunt
Paſtores, magnis'que petunt clamoribus vrbem.
Nuntius hinc ſocios Telamon vocat, ac ſimul ipſi
Horreſcunt, ſubito'que vident in ſanguine puppem.
Nec minus in ſcopulos, crudi'que cacumina ſaxi
Emicat Alcides, vinclis'que tenentibus aufert
Virgineas de rupe manus, aptat'que ſuperbis
Arma humeris, regem inde petens ſuperabat ouante
Litora tuta gradu. qualis per paſcua victor
Ingreditur, tum colla tumens, tum celſior armis
Taurus, vbi adſueti pecoris ſtabula alta reuiſit,
Et patrium nemus, & bello quos vltus amores.
Obuia cui contra longis emiſſa tenebris
Turba Phrygum, paruumq; trahẽs cum coniuge natũ
Laomedon, iam mæſtus equos, iam debita poſci
Dona gemit. pars aërij faſtigia muri
Cingit, & ignotis iuuenem mirantur in armis.
Illum torua tuens atque acri lubricus aſtu

Rex ſubit,& patrio ſatur male lætus amore.
Maxime Graiugenûm quem non Sigæa petentem
Litora,nec noſtræ miſerantem funera Troiæ
Appulit his ſors ipſa locis, ſi vera parentem
Fama Iouem, ſummi'que tibi genus eſſe Tonântis,
Noſter ades,iunctus'que venis ſator vnus,& idem
Stirpis honos,quanquam longis diſiungimur oris.
Quot mihi poſt lacrymas, poſt quãta piacula patrum
Serus ades? quàm parua tuis iam gloria factis?
Verum age nunc ſocios fraternis mœnibus infer,
Vt tibi, ſeruata ſtatui quæ munera prole,
Craſtina lux biiuges ſtabulis oſtendat apertis.
Dixerat hæc,tacitus'que dolos, dirum'que volutat
Corde nefas, clauſum vt thalamis ſomnoq; grauatum
Immolet,erepta'que luat reſponſa pharetra.
Nanque bis herculeis deberi Pergama telis
Audierat Priami. ſed quis iam vertere regni
Fata queat? manet immotis nox durica luſtris,
Et genus Aeneadum,& Troiæ melioris honores.
Nos ait ad ſcythici Tirynthius hoſtia ponti
Raptat iter,mox huc veſtras reuehemur ad oras,
Dona'que dicta feram,tum vero plura vocatis
Annuit ille deis. promiſſa infida tyranni
Iam phryges, & miſeræ flebant diſcrimina Troiæ.
Panditur hinc totis in noctem carbaſus alis,
Litora'que & veteres tumulos prælabitur Ili,
Dardanium'que patrem, vigili ſimul omnia ludo
Feſta vident. hinc vnda, ſacris hinc ignibus Idæ
Vibrat,& horriſonæ reſpondent Gargara buxo.
Inde vbi iam medij tenuere ſilentia ponti,
Stridentes'que iuuant auræ,phryxæa ſubibant
Aequora,& anguſtas quondam ſine nomine fauces.
Ecce autem prima volucrem ſub luce dehiſcens

Terruit

Terruit vnda ratem,vittatáque conſtitit Helle.
Iam Panopes,Tethydiſque ſoror, iamque aurea læua
Sceptra tenens,dum ſternit aquas proceresq́; ducemq́;
Aſpicit,& placidis compellat Iaſona dictis.
Te quoque ab Hæmonijs ignota per æquora terris,
Regna infeſta domus,fatiſque ſimillima noſtris
Fata ferunt. iterum Aeolios fortuna nepotes
Spargit,& infelix ſcythicum gens quæritis amnem.
Vaſta ſuper tellus,longum,(ne deſice cœptis)
Aequor,& ipſe procul (verum dabit hoſtia) phaſis.
Hic nemus arcanum,geminæque virentibus aræ
Stant tumulis,hic prima pio ſollemnia Phryxo
Ferte manu,cineríque precor mea reddite dicta.
Non ego per ſtygiæ (quod rere) ſilentia ripæ
Frater agor. fruſtra vacui ſcrutaris auerni
Care vias. neque enim ſcopulis me & fluctibus actam
Frangit hiems. celeri extemplo ſubiere ruentem
Cymothoe,Glaucúſque manu. pater ipſe profundi
Has etiam ſedes,hæc numine tradidit æquo
Regna,nec Inois noſter ſinus inuidet vndis.
Dixerat. & mæſtos tranquilla ſub æquora vultus
Cum gemitu tulit,vt patrui rediere dolores.
Tum pelago vina inuergens dux talibus inſit.
Vndarum decus,& gentis Cretheïa virgo
Pande viam,curſúque tuos age diua ſecundo.
Immittitque ratem,mediáſque interuolat vrbes,
Qua breuibus furit æſtus aquis,Aſiamque prementẽ
Effugit abruptis Europa immanior oris.
Has etiam terras,conſertáque gentibus arua
Sic pelago pulſante (reor) Neptunia quondam
Cuſpis,& aduerſi longus labor abſcidit æui.
Vt ſiculum libycumque latus,ſtupuitque fragore
Ianus,& occiduis regnator montibus Athlas.

Iam

Iam iuga Percotes, Pariumq́ue infame fragoſis
Exſuperant Pytiamq́ue vadis, tranſmiſſáque puppi
Lamſacus, Ogygij quam nec trieterica Bacchi
Sacra, neque arcanis phrygius furor inuehit antris,
Sed ſuus in Venerem raptat deus. illius aras
Vrbe ſuper, celſiq́ue vident velamina templi.
Rarior hinc tellus, atque ingens vndique cælum
Rurſus, & incipiens alium proſpectus in orbem.
Terra ſinu medio pontum iacet inter & Hellen
Ceu fundo prolata maris. namque improba cæcis
Intulit arua vadis, longóque ſub æquora dorſo
Litus agit. tenet hinc veterem confinibus oris
Pars Phrygiam, pars diſcreti iuga pinea montis.
Nec procul ad tenuis ſurgit confinia ponti
Vrbs placidis demiſſa iugis. rex diuitis agri
Cyzicus, Hæmoniæ qui tum noua ſigna carinæ
Vt videt, ipſo vltro primas procurrit ad vndas,
Miraturq́ue viros, dextramq́ue amplexus, & hærens
Incipit: o terris nunc primum cognita noſtris
Aemathiæ manus, & fama mihi maior imago.
Non tamen hæc adeo ſemota, neque ardua tellus,
Longaq́ue iam populis imperuia lucis Eoæ,
Cùm tales intraſſe duces, tot robora cerno.
Nam licet hinc ſæuas tellus alat horrida gentes,
Meq́ue fremens tumido circumfluat ore propontis,
Veſtra fides, ritusq́ue pares, & mitia cultu
His etiam mihi corda locis. procul effera virtus
Bebrycis, & ſcythici procul inclementia ſacri.
Sic memorat, lætosq́ue rapit, ſimul hoſpita pandi
Tecta iubet, templisq́ue ſacros largitur honores.
Stant gemmis auróque thori, menſæq́ue paratu
Regifico, centumq́ue pares primæua miniſtri
Corpora, pars epulas manibus, pars aurea geſtant

Pocula,

Pocula,bellorum caſus expreſſa recentum.
Atque ea prima duci porgens carcheſia graio
Cyzicus,hic portus inquit mihi territat hoſtis.
Has acies ſub nocte refert,hac verſa Pelaſgûm
Terga vides,meus hic,ratibus qui paſcitur ignis.
Subicit Aeſonides. vtinam nunc ira Pelaſgos
Afferat,& ſolitis tentent concurrere furtis,
Cunctáque ſe ratibus fundat manus,arma videbis
Hoſpita,nec poſt hanc vltra tibi prœlia noctem.
Sic ait,hásque inter varijs nox plurima dictis
Rapta vices,nec non ſimili lux poſtera tractu.

C. VALERII FLACCI BALBI SETINI ARGONAVTICON

LIBER TERTIVS.

TERTIA *iam gelidas Tithonia ſoluerat vmbras,*
Exuerátque polum, Tiphyn placida alta vocabant.
It tectis Argoq; manus,ſimul vrbe profuſi
Aeneadæ,caris ſocium digreſſibus herent.
Dat Cererem, lectumq́; pecus. nec palmite Bacchum
Bithyno phrygióue ſatum,ſed quem ſua noto
Colle per anguſtæ Leſbos freta ſuggerit Helles.
Ipſe agit Aeſonidæ iunctos ad litora greſſus
Cyzicus.abſceſſu lacrymans cui tradit amici,
Muneribus primas coniunx Percoſia veſtes
Quas dabat:& picto Clyte variauerat auro.
Tum galeam, & patriæ telum inſuperabile dextræ
Addidit ipſe ducis pateras, & theſſala contra
Frena capit,manibúſque datis iunxere nepotes.

Tu mihi nunc cauſſas, infandáque prœlia Clio
Pande virum. tibi enim ſuperûm data virgo facultas
Noſſe animos, rerúmque vias. cur talia paſſus
Arma, quid hoſpitijs iunctas concurrere dextras
Iupiter, vnde tubæ, nocturnáque mouit Erinnys.
Dindyma ſanguineis famulum bacchata lacertis,
Dum volucri quatit aſper equo, ſiluáſque fatigat
Cyzicus, ingenti prædæ deceptus amore,
Adſuetum phrygias dominam vectare per vrbes,
Oppreſſit iaculo redeuntem ad frena leonem.
Et nunc ille iubas, captiuáque poſtibus ora
Impoſuit: ſpolium infelix, diuǽque pudendum.
Quæ poſtquam Hæmoniam tantæ non immemor iræ
Aeriſono de monte ratem, præfixáque regum
Scuta videt, noua monſtra viro, noua funera voluit,
Vt ſocias in nocte manus: vtque impia bella
Conſerat: & ſæuis erroribus implicet vrbem.
Nox erat, & leni canebant æquora ſulco,
Et iam prona leues ſpargebant ſidera ſomnos,
Aura vehit: religant tonſas velo Proconeſſon,
Et te iam medio flauentem Rhindace ponto,
Spumoſúmque legunt fracta Scylacæon ab vnda.
Ipſe diem longe, ſolíſque cubilia Tiphys
Conſulit, ipſe ratem vento ſtellíſque miniſtrat.
Atque illum non ante ſopor luctamine tanto
Lenit agens, diuûm imperijs cadit inſcia clauo
Dextera, dimittítque oculos, reſolutáque puppis
Turbine flectit iter, portúque refertur amico.
Vt notis allapſa vadis, dant æthere longo
Signa tubæ, vox & medijs emiſſa tenebris.
Hoſtis habet portus. ſoliti rediere Pelaſgi.
Rupta quies, deus ancipitem lymphauerat vrbem
Mygdoniæ Pan iuſſa ferens ſæuiſſima matris,

Pan

Pan nemorum bellíque potens, quem lucis adortum
Antra tenent, patet ad medias per deuia noctes
Setigerum latus, & torua coma ſibila frontis.
Vox omnes ſuper vna tubas, qua conus & enſes,
Qua trepidis auriga rotis, nocturnáque muris
Clauſtra cadunt, taléſque metus non martia caſſis,
Eumenidúmque comæ, non triſtis ab æthere Gorgon
Sparſerit, aut tantis aciem raptauerit vmbris.
Ludus & ille deo, pauidum præſepibus aufert
Cum pecus, & profugi ſternunt dumeta iuuenci.
Ilicet ad regem clamor ruit. exilit altis
Somnia dira thoris, ſimulacráque pallida linquens
Cyzicus. ecce ſuper foribus Bellona recluſis
Nuda latus, paſſúque mouens orichalca ſonoro
Adſtitit, & triplici pulſans faſtigia criſta,
Inde ciere virum. ſequitur per mœnia demens
Ille deam, & fatis extrema in prœlia tendit.
Qualis in Alciden & Theſea Rhetus, iniqui
Nube meri, geminam Pholoen, maioráque cernens
Aſtra ruit. qualíſue redit venatibus actis
Luſtra pater triuiámque canens, humeróq; Learchũ
Aduehit, at miſeræ declinant lumina Thebæ.
Iámque adeo nec porta ducem, nec pone moratur
Excubias ſortita manus, quæ prima furenti
Aduolat, hinc alij ſubeunt, vt proxima quæque
Intremuit domus, & motus accepit inanes.
At Minyas anceps fixit pauor. ægra virorum
Corda labant. nec quæ regio, aut diſcrimina cernunt,
Cur galeæ clypeíque micent. num peruigil armis
*
Donec & haſta volans immani turbine, tranſtris
Inſonuit, mouítque ratem, rapere obuia cæca
Arma manu. princeps galeam conſtringit Iaſon
Vociferans. primam hanc nati pater accipe pugnam,

Vos'que viri optatos huc affore credite Colchos.
Biſtonas in medios, ceu martius exilit aſtris
Currus, vbi ingentes animæ clamor'que tubæ'que
Sanguineæ iuuere deûm, non ſegnius ille
Occupat arua furens, ſequitur vis omnis Achiuûm.
Adglomerant latera, & denſis thoracibus horrens
Stat manus, ægiſono quam nec fera pectore virgo
Diſpulerit, nec dextra Iouis, terror'que pauor'que
Martis equi: ſic contextis vmbonibus herent.
Cæruleo veluti cùm Iupiter agmine nubem
Conſtituit, certant zephyri, fruſtra'que rigentem
Pulſat vtrinque Notus. pendent mortalia longo
Corda metu: quibus illa fretis, quibus incidat aruis.
Hinc manus infelix clamore impellere magno
Saxa, faces'que atras & tortæ pondera fundæ.
Fert ſonitus immota phalanx, iras'que retentat,
Congeries dum prima fluat, ſtillantia Mopſus
Tegmina, & ingentem Corythi notat Eurytus vmbrã.
Reſtitit ille gradu, ſeſe'que a lumine ferri
Suſtinuit præceps, ſubitum ceu paſtor ad amnem
Spumantem nimbis, fluctu'que arbuſta ruentem:
At Tydeus, en intentis quem viribus inquit
Opperiar, manibus'que dari quem comminus optem.
Quo ſteteris moriere loco. ſubit ilia cuſpis
Ochenij. dedit ille ſonum, compreſſa'que mandens
Aequora, purpuream ſingultibus expulit haſtam.
Ac velut in medio rupes latet horrida ponto,
Quam ſuper ignari nunquam rexere magiſtri
Præcipites impune rates: ſic agmine cæco
Incurrit ſtrictis manus enſibus. occubat Iron,
Et Cotys, & Pirno melior genitore Bienor.
At magis interea diuerſo turbida motu
Vrbs agitur. Geniſo coniunx amouerat arma.

Aſt illi

Aſt illi ſubitus ventis, viuóque reluxit
Torre focus, telis gaudes miſerande repertis.
Linquit & vndantes menſas, infectáque pernox
Sacra Medon. chlamys imbelli circumuenit oſtro
Torta manum, ſtrictóque vias præfulgurat enſe.
Talis in arma ruit, nec vina dapéſque remota,
Státque loco thorus, in quo (omen) manſere miniſtri.
Inde vagi, nec tela modis, nec caſibus yſdem
Conſeruere manus, longe & iacuere peremti.
Ecce grauem nodis, pinguíque bitumine quaſſans
Lampada, turbata Phlegias decurrit ab arce.
Ille leues de more manus, aciémque Pelaſgûm
Per noctem remeaſſe ratus, pulſúmque requirens
Sæpe ſibi vano Thamyrum clamore petebat
Arduus, & late fumanti nube coruſcus.
Quantus vbi immenſo proſpexit ab æthere Typhon
Igne ſimul ventíſque rubens, quem Iupiter alte
Crine tenet: trepidant diro ſub lumine puppes.
Tollitur hinc, totúſque ruit Tirynthius arcu,
Pectore certa regens aduerſa ſpicula flamma
Per piceos accenſa globos, & pectus harundo
Per medium contenta fugit. ruit ille comanti
Ore facem ſupra, maiórque apparuit ignis.
Ambroſium Peleus, ingentem Ancæus Achelum
Sternit, & elatæ propius ſuccedere dextræ
Telecoonta ſinit, deiectáque ora ſecuri
Diſſecuit ceruice tenus. ſimul aſpera victor
Cingula ſubluſtri vibrantia detrahit vmbra.
Has precor exuuias, & opima cadauera noſtro
Linquite ait ferro, potius mihi dextera ferro
Gnauet opus, prenſúmq; manu detruncat Amaſtrum.
Diuerſáſque ſimul ſocios inuadere turmas
Admonuit. pergunt rupta teſtudine fuſi,

Quà tenebræ campiq; ferunt. grauis inuenit Ochum
Phlias, & trepido Pollux impingitur Hebro.
Ipſe ſuper vultus, tabóque labantia terga,
Dux campi Martiſque potens (vt cæca profundo
Currit hiems) Zelyn, & Broten Abarínque relinquit
Semineces: Glaucum ſequitur, Glaucumq; ruentem
Occupat, & iugulo vulnus molitur aperto.
Ille manu contra telum tenet, vltima fruſtra
Verba ciens, fixámque videt decreſcere cornum.
Hinc Halyn, hinc rigido tranſcurrens demetit enſe
Prothin, & inſignem cithara cantúque fluenti
Dorcea, qui dulci feſtis aſſiſtere menſis
Pectine Biſtoniæ magnum poſt auſus alumnum.
Nec pharetram aut acres vltra Tirynthius arcus
Exercet: ſocia ſed diſijcit agmina claua.
Ac veluti magna iuuenum cum denſa ſecuri
Silua labat, cuneiſque gemit graue robur adactis,
Iamque abies, piceáque ruunt: ſic dura ſub ictu
Oſſa virûm, maláque ſonant, ſparſúſque cerebro
Albet ager. leuis ante pedes ſubſederat Idmon.
Occupat os barbámque viri, clauáque ſuperne
Intonat: occumbens & nunc, ait, Herculis armis,
Donum ingens, ſemperque tuis mirabile fatis.
Horruit ille cadens, noménque agnouit amicum,
Primus & ignaris dirum ſcelus attulit vmbris.
Nec tibi Theſſalicos tunc profuit Ornyte reges
Hoſpitijs, aut mente moras fouiſſe benigna,
Et laribus ſacraſſe diem, procul aduenit Idmon,
Oblatámque ferit galeam, criſtáſque rubentes
Heu tibi dona gerens. quem te qualémque videbit
Attonitus ceruice parens? en frigidus orbes
Purpureos iam ſomnus obit, iam candor & anni
Deficiunt, vitáque fugit decus omne ſoluta.

Deſe-

Deſere nunc nemus, & Nympharum durus amores:
At diuerſa Sagen turbantem fallere neruo
Tum primum puer auſus Hylas (ſpes maxima bellis
Pulcer Hylas, ſi fata ſinant, ſi proſpera Iuno)
Proſtrauitq́ue virum celeri per pectora telo.
Acceſſere (nefas) tenebri fallacibus acti
Tyndaridæ in ſeſe, Caſtor prius ibat in ictus
Neſcius, aſt illos noua lux, ſubitusq́ue diremit
Frontis apex. tum Caſtor Ityn, qua cærulus ambit
Balteus, & gemini committunt ore dracones,
Frater Hagen, Tapſumq́ue ſecurigerumq́; Nealcem
Tranſigit, & Canthi pallentem vulnere Cydrum.
Torſerat hic totis connixus viribus haſtam.
Venatori Erymo, breuis hanc ſed fata ferentem
Prodidit, & piceo comitem miſerata refulſit
Luna polo. ceſſere iubæ, raptumq́ue per auras
Vulnus, & extrema ſonuit cita cuſpide caſſis.
Niſeum Telamon, & Ophelten vana ſonantem
Per clypei cedentis opus, partemq́ue trilicem,
Qua ſtomachi ſecreta, ferit, lætusq́ue profatur.
Di precor hunc regem, aut æque delegerit alta
Fors mihi gente ſatum, magnusq́ue & flebilis vrbi
Conciderit. ſuper addit Aren, fratremq́; Melanthum,
Phoreaq́ue Olcniden, Lelegum qui pulſus ab oris
Regis amicitiam, & famuli propioris honores,
Quà patiens non arte tulit? nox alta cadentum
Ingentes donat ſonitus, augetq́ue ruinas.
Vt magis Inarime, magis vt mugitor anhelat
Veſuius, attonitas acer cùm ſuſcitat vrbes.
Sic pugnæ crebreſcet opus. neque enim ignea cedunt
Aſtra loco, lentis heret nox conſcia bigis.
Perge age tartareæ mecum ſimul omnia noctis
Muſa ſequi. trepidam Phaethon afflauit ab alto

Tiſiphonem,grauior'que locos iam luce propinqua
Vmbra premit,non ſigna virûm,non funera cernunt.
Et rabie magis ora calent. vos prodite diuæ,
Eumenidum noctis'que globos,vati'que pateſcat
Armorum fragor, & tepidi ſingultibus agri
Labentum,atque acti Minyis per litora manes.
Cyzicus hic aciem vanis diſcurſibus implet
Fata trahens,iam pulſa ſibi ceſſiſſe Pelaſgûm
Agmina,iam paſſim vacuos diſiecta per agros
Credit ouans. tales aditus ea gaudia fingit
Ira deûm,fundo veluti cum Cœus in imo
Vincla Iouis,fracto'que trahens adamante catenas,
Saturnum,Tityum'que vocat,ſpem'que ætheris amens
Concipit. aſt illum fluuijs, & nocte remenſa
Eumenidum canis,& ſparſa iuba reppulit hydræ.
Sæuit acerba fremens,tardum'que a mœnibus agmen
 Increpitat. nunquam ne dolor virtute ſubibit
Nil auſas ſine rege manus? at barbara buxus
Si vocet,& motis vlulantia Dindyma ſacris,
Tunc enſis,placeat'que furor. modo tela ſacerdos
Porrigat,& iuſta ſanguis exuberet vrna.
Talibus inſultans, iam dudum numine diuæ
Deficit,infracti langueſcunt frigore curſus.
Corda pauent,audit fremitus,iras'que leonum,
Cornua,& motas videt inter nubila turres.
Tunc grauis,& certo tendens ſtridore per vmbras,
Aeſonij venit haſta ducis,latum'que ſub imo
Pectore rumpit iter. quàm nunc incognita vellet
Luſtra ſibi,nullos'que datos venatibus annos.
Talia magnanimi diuerſo turbine fundunt
Tela viri,ſonitus'que pedûm,ſuſpecta'que motu
Explorant. prenſant ſocios,vocem'que repoſcunt.
Quod ſi Titonis ſeros duraſſet in ortus,

Extin-

Extinctum genus, & ſolas per mœnia matres
Vidiſſet, ſtratam'que dies in litore gentem.
Tum pater omnipotens tempus iam rege peremto
Flectere fata ratus, miſeras'que abrumpere pugnas
Supremam celerauit opem, nutu'que ſereno
Intonuit, quem nocte ſata, quem turbidus horret
Armipotens. tunc porta trucis coit inſtra belli.
Continuo dant terga metu: verſi que per agros
Diffugiunt, (quæ ſola ſalus) nec terga ruentum
Mens Minyis conuerſa ſequi. ſtetit anxia virtus.
Ecce leui primo iam ſpargere lumine portus
Orta dies, nota'que (nefas) albeſcere turres.
Di maris, attonito conclamat ab agmine Tiphys,
Vt mea fatali damnaſtis pectora ſomno,
Heu ſocij quantis complerunt litora monſtris.
Illi autem neque adhuc gemitus, neque conſcia facti
Ora leuant, tenet exſangues rigor horridus artus.
Ceu pauet ad crines, & triſtia Pentheos ora
Thyas, vbi impulſæ iam ſe deus agmine matris
Abſtulit, & caſi vaneſcunt cornua tauri.
Nec minus effuſi grandæuum ad litora vulgus,
Vt ſocias videre manus, dare verſa retrorſus
Terga metu, dextram tendens proclamat Iaſon.
Quos fugitis? vellem hac equidẽ me ſtrage meosq;
Procubuiſſe magis. deus hæc, deus aſper vtriſque
Implicuit. ſumus en Minyæ, ſumus hoſpita turba.
Cur etiam flammas, miſeros'que moramur honores?
Tum ſuper exſangues conſertæ cædis aceruos
Præcipiti plangore ruunt. agnoſcit in alta
Strage virûm, ſua texta parens, ſua munera coniunx.
It gemitus toto ſinuoſa per æquora cælo.
Pars tenues flatus & adhuc ſtridentia prenſant
Vulnera, pars ſera componunt lumina dextra.

 At ve-

At vero in medijs exſangui rege reperto
Aggeribus, triſti ſileant ceu cetera planctu:
Sic famulûm matrum'que dolor, ſic omnis ad vnum
Verſa manus. circa lacrymis ac mentibus ægri
Stant Minyæ, deflent'que nefas, & cuſpidis ictus
Aeſoniæ, ſortem'que ducis ſolantur acerbam.
Ille vbi concretos pingui iam ſanguine crines,
Pallentes'que genas, infracta'que pectore caro
Tela, neque heſternos agnouit in hoſpite vultus,
Ingemit, atque artus fatur complexus amicos.
Te tamen ignarum tanti miſerande furoris
Nox habet, & nullo teſtantem fœdera queſtu.
At mihi luctificum venit iubar. en quibus aſſum
Colloquijs? cui me hoſpitio fortuna reuexit?
Extingui ne mea (fatis hoc defuit vnum)
Speraui te poſſe manu? talis'ue reliqui
Has ego amice domos? quod ſi iam bella manebant,
Et placitum hoc ſuperis, nonne hæc mea iuſtius eſſent
Funera? me'que tuus potius nunc plangeret error?
Nec Clarij nunc antra dei, quercus'que tonantis
Arguerem. tales'ne acies? tales'ne triumphos
Sorte dabant? tantum'que nefas mens conſcia vatum
Conticuit? patriæ exitium crudele ſenectæ,
Et tot acerba canens? heu diuis viſa ſiniſtris
Regna mihi. qui nam reditus, quæ me hoſpita tellus
Accipiet? quæ non primis prohibebit arenis?
Inuidere dei: ne Phaſidis arua remoti
Et Scythicas populatus opes, hæc rurſus adirem
Litora, ne'ue tuos irem tunc vltor in hoſtes.
Fas tamen eſt conferre genas, fas iungere tecum
Pectora, & exſangues miſcere amplexibus artus.
Vos, age, funereas ad litora voluite ſiluas,
Et ſocios luſtrate rogos, date debita cæſis

Mune-

Munera, quæ noſtro miſiſſet Cyzicus igni.
Parte alia Clite laceras ſuper ora mariti
Fuſa comas, miſera in planctum vocat agmina matrũ,
Fatur & hæc. primis coniunx ereptus in annis
Cuncta trahis, nec dum ſuboles, nec gaudia de te
Vlla mihi, quis mæſta tuos nunc optime caſus
Perpeterer, tenui luctum ſolamine fallens.
Mygdonis arma patrem, funeſtaque prœlia nuper
Natales rapuere domos, Triuiæque potentis
Occidit arcana genetrix abſumta ſagitta,
Tu mihi qui coniunx pariter fraterque parensque
Solus, & a prima fueras ſpes vna iuuenta
Deſeris heu, totamque deus ſimul impulit vrbem.
Aſt ego non media te ſaltem Cyzice vidi
Tendentem mihi morte manus, aut vlla monentis
Verba tuli. quin & thalamis modo queſta morari,
Heu talem tantique metus ſecura recepi.
Illam vix gemino mærens cum Caſtore Pollux
Erigit herentem, compreſſaque colla trahentem.
Interea innumeras nudatis montibus vrgent
Certatim, decorantque pyras, & corpora mæſti
Summa locant: vadit ſonipes ceruice remiſſa,
Venatrix nec turba canum pecudumque morantur.
Funereæ quæ cuique manus, quæ cura ſuorum,
Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longæ
Eminet, hunc crebris quatiens ſingultibus ora
Adleuat Aeſonides, celſoque reponit in oſtro.
Dat pictas auro atque ardentes murice veſtes
Quas rapuit telis feſtina vocantibus auſtris
Hypſipyle. galeam dilectaque cingula regni
Inijcit: ille ſuam vultus conuerſus ad vrbem
Sceptra manu veterum retinet geſtamen auorum.
Nam quia nec proles, alius nec denique ſanguis,

Ipſe decus regníque refert inſigne paterni.
Inde ter armatos Minyis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi, ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba. iecere ſupremo
Cum clamore faces: rerum labor omnis in auras
Soluitur, & celſis collucent æquora flammis.
Scilicet hæc illo iuuenem, populóſque manebant
Tempore, Peliacis caderet cum montibus arbor.
Hoc volucrúmque minæ, præſagáque fulmina longo
Acta mari tulerant, ſed quis non prima refellat
Monſtra deûm, longoſq́; ſibi non auguret annos?
Iámque ſolutus honos cineri, iam paſſibus ægris
Dilapſæ cum prole nurus. tandémque quieſcunt
Diſſona peruigili planctu vaga: qualiter agros
Ad patrios auibus medio iam vere reuectis
Memphis, & aprici ſtatio ſilet annua Nili.
At non inde dies, neque magnis aſpera curis
Nox Minyas tanta cæſorum ab imagine ſoluit.
Bis zephyri iam vela vocant, fiducia mæſtis
Nulla viris. ægro aſſidue mens carpitur æſtu,
Nec dum omnes lacrymas, atque omnia reddita cæſis
Iuſta putant. patria ex oculis, acérque laborum
Pulſus amor, ſegníque iuuat frigeſcere luctu.
Ipſe etiam Aeſonides (quanquam triſtiſſima rerum
Caſtiganda duci, vultúque premenda ſereno)
Dulcibus indulget lacrymis, aperítque dolorem.
Tum ſecreta trahens Phœbæum ad litora Mopſum.
Quænam ait iſta lues? aut quæ ſententia diuûm?
Decretúſne venit fato pauor? an tibi nectunt
Corda moras? cur immemores famáque laríſque
Angimur? aut pariet quem nam hæc ignauia finem?
Dicam ait, ac penitus cauſſas, labémque docebo
Mopſus, & aſtra tuens. Non ſi mortalia membra

Sortituſ'que breues,& parui tempora fati
Perpetimur, ſocius ſuperi quondam ignis olympi:
Fas ideo miſcere neces,ferro'que morantes
Exigere hinc animas,reditura'que ſemina cælo.
Quippe nec in ventos,nec in vltima ſoluimur oſſa.
Ira manet,durat'que dolor:cum deinde tremendi
Ad ſolium venere Iouis,queſtu'que nefandum
Edocuere necem,patet ollis ianua leti.
Atque iterum remeare licet. comes vna ſororum
Additur,& pariter terras atque æquora luſtrant.
Quiſque ſuos ſontes,inimica'que pectora pœnis
Implicat,& varia meritos formidine pulſant.
At quibus inuito maduerunt ſanguine dextræ,
Si ſors ſæua tulit miſeros,ſed proxima culpa,
Hos varijs mens ipſa modis agit,& ſua carpunt
Facta viros reſides:etiam nil amplius auſi
In lacrymas humiles'que metus,ægram'que fatiſcunt
Segnitiem:quos ecce vides,ſed noſtra requiret
Cura viam:memori iam pridem cognita vate.
Eſt procul ad ſtygiæ deuexa ſilentia noctis
Eumenidum domus,& ſuperis incognita tellus,
Cæruleo tenebroſa ſitu. quo flammea nunquam
Sol iuga,ſidereos nec mittit Iupiter annos.
Stant tacitæ frondes,immota'que ſilua comanti
Horret verna iugo,ſpecus vmbrarum'que meatus
Subter,& Oceani præceps fragor,arua'que nigro
Vaſta metu,& ſubitæ poſt longa ſilentia voces.
Enſifer hic,atra'que ſedens in veſte Celeneus
Inſontes errore luit,culpam'que remittens
Carmina turbatos voluit placantia manes.
Ille mihi,quæ danda forent luſtramina,cæſis
Prodidit. ille volens erebum terras'que retexit.
Ergo vbi puniceas oriens aſcenderit vndas,

Tu ſocios adhibeto ſacris, armentáque magnis
Bina deis, me iam cœtus accedere veſtros
Haud fas interea, donec luſtralia pernox
Vota fero: mouet en gelidos Latonia currus.
Flecte gradum, placitis ſileant, age, litora cœptis.
Iámque ſopor medijs tellurem preſſerat horis,
Et circum tacito volitabant ſomnia mundo
Cum vigil arcani ſpeculatus tempora ſacri
Ampycides petit aduerſis Aeſæpia ſiluis
Flumina, & æquoreas pariter decurrit ad vndas.
Hic ſale purpureo, viuáque nitentia lympha
Membra nouat, ſéque horrificis accommodat actis.
Tempora tum vittis, & ſupplice caſtus oliua
Implicat, & ſtricto deſignat litora ferro.
Circum humiles aras, ignotáque nomina diuûm
Inſtituit, ſiluáque ſuper contriſtat opaca.
Vtque metum, numénque loco ſacrámque quietem
Addidit, ardenti nitidum iubar euocat alto.
Atque Argoa manus varijs inſignis in armis
Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hic longe candenti veſte ſacerdos
Occurrit, ramóque vocat. iámque ipſe recenti
Stat tumulo placida tranſmittens agmina lauro.
Ducit & ad fluuios, ac vincula ſoluere monſtrat
Prima pedum, glaucáſque comis prætexere frondes
Imperat. hinc alte Phœbi ſurgentis ad orbem
Ferre manus, totíſque ſimul procumbere campis.
Tunc piceæ mactantur oues: proſectáque partim
Pectora, per medios partim gerit obuius Idmon.
Ter tacitos egere gradus, ter triſtia tangens
Arma ſimul, veſtéſque virûm: luſtramina ponto
Pone iacit, rapidis adolentur cetera flammis.
Quinetiam truncas nemorum, effigiéſque virorum

Rite locat quercus: ſimulatáque ſubligat arma.
Huc ſtygias tranſire minas, irámque ſeueri
Sanguinis: his orat vigiles incumbere curas.
Atque ita luſtrifico cantu vocat: ite peremti,
Ac memores abolete animas, ſint otia vobis,
Sit ſtygiæ iam ſedis amor: procul agmine noſtro
Et procul eſte mari, cunctíſque abſiſtite bellis.
Vos ego nec Graias vnquam contendere ad vrbes,
Nec triuijs vlulare velim, pecoríque ſatíſque
Nullæ ideo peſtes, nec luctifer ingruat annus.
Nec populi noſtríue luant ea facta minores.
Dixerat: & ſummas frondentibus intulit aris,
Libauítque dapes, placidi quas protinus angues
Vmbrarum famuli linguis rapuere coruſcis.
Continuo puppem petere, & conſidere tranſtris
Imperat Ampycides, nec viſum vertere terræ,
Exciderint quæ geſta manu, quæ debita fatis.
Illi alacres, pars arma locant, pars ardua celſis
Inſternunt tabulata thoris, oritúrque trementum
Remorum ſonus, & lætæ concordia vocis.
Iupiter vrgentem ceu ſumma Ceraunia nubem
Cum pepulit, mouítque iugis: fulſere repente
Et nemora & ſcopuli, nitidúſque reducitur æther:
Sic animi rediere viris, iámque ipſe magiſter
Nutat ab arce ratis, remíſque obſiſtere tendit,
Inſtaurant primi certamina: liber amictu
Eurytus, & dictis Talai non territus Idas.
Inde alij increpitant, atque æquora pectore tollunt.
Par gemitu, pulſúque labor, verſúmque viciſſim
Mittitur in puppem remo mare. lætus & ipſe
Alcides. quiſnam hos vocat in certamina fluctus?
Dixit, & intortis aſſurgens arduus vndis
Percuſſit ſubito deceptum fragmine pectus.

Atque in terga ruens, Talaum, fortem'que Eribotem,
Et longe tantæ ſecurum Amphiona molis
Obruit, in'que tuo poſuit caput Iphite tranſtro.
Iam ſummas cæli Phœbus candentior arces
Vicerat, & longas medius reuocauerat vmbras.
Tardior hinc ceſſante viro, quæ proxima Tiphys
Litora, quos'que dabat denſa trabe Myſia montes
Aduehitur. petit excelſas Tirynthius ornos.
Heret Hylas lateri, paſſus'que moratur iniquos.
Illum vbi Iuno poli ſummo de vertice puppem
Deſeruiſſe videt, tempus rata diua nocendi,
Pallada conſortem, curis, curſus'que regentem:
(Nequa inde incœptis fieret mora) fallere prima
Molitur, caro'que dolis auertere fratri.
Tum ſic alloquitur, procerum vi pulſus iniqua
Germani'que manu repetit quo crimine Perſes:
Barbaricas iam mouit opes, hyrcana'que ſigna:
Aeætes contra thalamis & virgine pacta
Conciliat reges ſcythicos, primus'que coacta
Aduehit Albana Styrus gener agmina porta.
Bellum ingens, atque ipſe citis Gradiuus habenis
Fundit equos. viden' arctoo de carcere quanta
Tollat ſe nubes, atque æquore pendeat atro?
Corripe prima vias, finem cum Phaſidis alti
Tranſierit Perſes, faciem'que admouerit vrbi:
Cœpta refer; paullum'que nefas & fœdera necte,
Concilijs atque arte tua. ſponde affore reges
Dijs genitos, quis arma volens, quis agmina iungat:
At virgo (quanquam inſidias aſtus'que nouercæ
Sentiat, & blandos quærentem fingere vultus)
Obſequitur tamen, & iuſſas petit ocyus oras.
Ingemuit Iuno, tandem'que ſilentia rumpit.
En labor: en odijs caput inſuperabile noſtris.

Quam

Quam Nemeam tot feſſa minis? quæ bellua lernæ?
Experiar? Phrygijs vltro concurrere monſtris
Nempe virum, & pulcro referantem pergama ponto
Vidimus. en ego nunc regum ſoror? & mihi gentis
Vllus honos? iam tum indecores, iuſſáque dolorum
Primitiæ, & tenero ſuperati protinus angues,
Debueram nullos iuueni iam quærere caſus.
Victa nec ad tales forſan deſcendere pugnas.
Verum animis inſiſte tuis, actúmque per omnem
Tende pudor, mox & furias, ditémque mouebo.
Hæc ait: & pariter læui iuga pinea montis
Reſpicit, ac pulcro venantes agmine Nymphas
Vndarum nemorúmque decus. leuis omnibus arcus,
Et manicæ virides, & ſtricta myrthus auena:
Summo palla genu, tenui vagus innatat vnda
Crinis, ad obſcuræ decurrens cingula mammæ.
Ipſa citatarum tellus pede plauſa ſororum
Perſonat, & teneris ſummittit gramina plantis.
E quibus herculeo Dryope percuſſa fragore,
Cum fugerent iam tela feræ, proceſſerat vltro
Turbatum viſura nemus, fontémque petebat
Rurſus, & attonitos referebat ab Hercule vultus.
Hanc delapſa polo, piceáque accliuis opacæ
Iuno vocat, prenſáque manu ſic blanda profatur.
Quem tibi coniugio tot dedignata dicaui
Nympha procos, en Hæmonia puer appulit alno,
Clarus Hylas, ſaltúſque tuos, fontéſque pererrat.
Vidiſti roſeis hæc per loca Bacchus habenis
Cum domitas acies, & Eoi pocula regni
Duceret, ac rurſus Thyaſos, & ſacra mouentem.
Hunc tibi (vel poſito venantem pectine Phœbum)
Crede dari, quæ ſpes Nymphis aufertur Achæis?
Præreptum quanto proles Bæbeia queſtu

Audiet,

Audiet, & flaui quàm triſtis nata Lycormæ?
Sic ait, & celerem frondoſa per auia ceruum
Suſcitat, ac iuueni ſublimem cornibus offert.
Ille animos, tardus'que fugæ longum'que reſiſtens
Sollicitat, ſuadet'que pari contendere curſu.
Credit Hylas, prædæ'que ferox ardore propinquæ
Inſequitur, ſimul Alcides hortatibus vrget
Proſpiciens, iam'que ex oculis aufertur vterque
Cum puerum inſtantem quadrupes feſſá'que minãtem
Tela manu, procul ad nitidi ſpiracula fontis
Ducit, & intactas leuis ipſe ſuperfugit vndas.
Hoc pueri ſpes fuſi modo eſt: nec tendere certat,
Amplius, vt'que artus & concita pectora ſudor
Diluerat: gratos auidus procumbit ad amnes.
Stagna vaga ſic luce micant, vbi Cynthia cælo
Proſpicit, aut medij tranſit rota candida Phœbi.
Tale iubar diffudit aquis: nil vmbra, coma'que,
Turbauit'que ſonus ſurgentis ad oſcula Nymphæ.
Illa auidas iniecta manus, heu ſera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adiutæ prono nam pondere vires.
Iam pater vmbroſis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat, magno'que iugi ſtridore reuulſas
Terga ſuper fului porrexerat horrida monſtri,
Litora curua petens: alio nam calle reuerſum
Credit Hylan, capta'que dapes auxiſſe ferina.
Sed neque apud ſocios, ſtructas'que in litore menſas
Vnanimum videt æger Hylan, nec longius acrem
Intendens aciem, varios hinc excitat æſtus,
Nube mali percuſſus amor: quibus heſerit oris.
Quis tales impune moras caſus'ue, labor'ue
Attulerit, denſam interea deſcendere noctem
Iam maiore metu, tum vero & pallor, & amens

Cum piceo ſudore rigor. ceu pectora nautis
Congelat hiberni vultus Iouis, agricolis'ue
Cum coit vmbra minax, comitis ſic afficit error
Alciden, ſæuæ'que monet meminiſſe nouercæ.
Continuo (volucri ceu pectora tactus aſylo)
Emicuit Calabris, taurus per confraga, ſeptis,
Obuia quæque ruens, tali ſe concitat ardens
In iuga ſenta fuga. pauet omnis conſcia late
Silua, pauent montes, luctu ſuccenſus acerbo
Quid ſtruat Alcides, tanta'que quid appetat ira.
Ille (velut refugi quem contigit improba Mauri
Lancea, ſanguineus vaſto leo murmure fertur,
Frangit & abſentem vacuis ſub dentibus hoſtem.)
Sic furijs accenſa gerens Tirynthius ora
Fertur, & intento decurrit montibus arcu.
Heu miſeræ, quibus ille feræ, quibus incidit vſquam
Immeritis per luſtra viris. volat ordine nullo
Cuncta petens, nunc ad ripas, deiecta'que ſaxi
Fragmina, nũc notas nemorum procurrit ad vmbras,
Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamat
Auia, reſponſant ſiluæ, & vaga certat imago.
At ſocijs immota fides, Auſtris'que ſecundis
Certa moræ, nec paruus Hylas: quanq̃ omnibus æque
Grata rudimenta Herculeo ſub nomine pendent.
Illum omnes lacrymis, mæſtis'que repoſcere votis,
Incerti'que metu, nunc longas litore voces
Spargere, nunc ſeris oſtendere noctibus ignes.
Ipſe vel excelſi cum denſa ſilentia montis,
Strata vel oblatis ductor videt æquora ventis:
Stat lacrymans, magno'que viri cunctatur amore.
Illius inceſſus, habilem'que ad terga pharetram,
Illum inter proceres, mæſta'que ſilentia menſæ
Quærit inops, quondam ingenti comprenſa trahentem

Vina

Vina manu,& diræ referentem monſtra nouercæ.
Nec minus interea crudelis Iapyga Iuno
Aſſidue mouet,& primis cum ſolibus offert.
Iam'que moræ impatiens,cunctantes increpat auſus
Tiphys,& oblato monet otia rumpere curſu.
Ergo animum flexus dictis inſtantis Iaſon
Concedit,ſocios'que ſimul ſic fatur ad omnes.
O vtinam Scythicis ſtruerem cum funera terris,
Vox mihi mentitas tulerit Parnaſia ſortes.
Agmine de tanto ſocium, qui maximus armis
Afforet,hunc Iouis imperijs,fató'que teneri
Ante procelloſum ſcopulis errantibus æquor.
Nec dum fama viri, nec certior exſtitit author.
Verum agite,& dubijs quibus anxia pectora curis
Conſulite, &, motis ſeu vos via flatibus vrget,
Pergite,& inceptos mecum reuocate labores.
Seu plures tolerare moras,rurſus'que propinquis
Quæſiuiſſe iugis, precium haud leue temporis acti.
Dixerat,& ſtudijs iam dudum freta iuuentus
Orat inire vias,vnum tanto abire cœtu,
Nec minus in ſeſe generis,dextras'que potentes
Eſſe ferunt. tali mentem pars maxima flatu
Erigit,& vana gliſcunt præcordia lingua,
Saltibus vt medijs tum demum læta reducit
Cerua gregem,tum geſtit aper reboat'que ſuperbis
Comminus vrſa lupis,cum ſeſe martia tygris
Abſtulit,aut curuo tacitus leo condidit antro.
At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira
Cum fremitu,ſæuis'que furens in iurgia dictis
Inſequitur,magnó'que implorat numina queſtu.
Idem orans,prenſat'que viros,demiſſá'que ſupplex
Heret ad ora ducis,nil ſe ſuper Hercule fari,
Sed ſocio quocumque gemens. quanquam aſpera fama
Iam

Iam loca, iamq́ue feras per barbara litora gentes,
Non alium contra Alciden, non pectora tanta
Poſſe dari. rurſum inſtimulat, ducitq́ue fauentes
Magnanimus Calidone ſatus: potioribus ille
Deteriora fouens, ſemperq́ue inuerſa tueri
Durus, & haud vllis vnquam ſuperabilis æquis,
Rectorumq́ue memor: nõ Herculis (inquit) ademti,
Sed tuus in ſeros hæc noſtra ſilentia queſtus
Traxit honor, dum iura dares, dum tempora fandi,
Septimus hic celſis deſcendit montibus Auſter,
Iamq́ue ratem Scythicis forſan ſtatuiſſet in oris,
Nos patriæ immemores, maneant ceu nulla reuectos
Gaudia, ſed duro ſæua ſub rege Mycenæ,
Ad medium cunctamur iter. ſi finibus vllis
Has tolerare moras, & inania tempora poſſem,
Regna hodie, & dulcem ſceptris Calidona tenerem,
Lætus opum, paciſq́ue meæ, tutuſq́ue manerem.
Quis genitor materq́ue locis, quid de ſide terra
Hæremus? vacuos cur laſſant æquora viſus?
Tun' comitem Alciden ad Phaſidis amplius arua
Adfore, tu ſocias vltra tibi rere pharetras?
Non ea fax odijs, oblitaq́ue numine feſſo
Iuno ſui. noua tartareo, fors, ſemine monſtra,
Atque iterum Inachijs iam nuntius vrget ab Argis.
Non datur hæc magni proles Iouis, at tibi Pollux
Stirpe pares Caſtorq́ue manent. at cetera diuûm
Progenies, nec parua mihi fiducia gentis.
Aſt egomet, quocunque voces, qua tegmina ferro
Plura metam, tibi dicta manus, tibi quidquid in ipſo
Sanguine erit, iamq́; hinc operum quæ maxima poſco.
Scilicet in ſolis profugi ſtetit Herculis armis
Noſtra ſalus: nempe ora æque mortalia cuncti
Ecce gerunt: ibunt æquo nempe ordine remi.

Ille vel inſano iam dudum turbidus æſtu,
Vel parta iam laude tumens, conſortia famæ
Deſpicit, ac noſtris ferri comes abnuit actis.
Vos, quibus & virtus, & ſpes in limine primo,
Tendite, dum rerum patiens calor, & rude membris
Robur ineſt. nec enim ſolis dare funera Colchis
Sit ſatis, & tota pelagus luſtraſſe iuuenta.
Spes mihi, quæ tali potuit longiſſima caſu
Eſſe, fuit: quiſcumque virum perquirere ſiluis
Egit amor, loca vociferans non vlla reliqui.
Nunc quoque, dum vario nutat ſententia motu,
Cernere deuexis redeuntem montibus opto.
Sat lacrymis comitiq́ue datum, quem ſortibus æui
Crede, vel in mediæ raptum tibi ſanguine pugnæ.
Talibus Oenides vrget, ſimul incita dictis
Heroum manus. ante omnes Argoa iubebat
Vincla rapi Calais. furias miratur ouantum
Aeacides, multusq́ue viri cunctantia corda
Fert dolor, an ſeſe comitem tam triſtibus actis
Abneget, & celſi mærens petat ardua montis.
Non tamen & gemitus, & inanes deſinit iras
Fundere. quis terris, pro Iupiter inquit, Achais
Iſte dies? ſæui capient quæ gaudia Colchi?
Non hi tum flatus, non iſta ſuperbia dictis,
Litore cum patrio, iam vela petentibus auſtris
Cunctus ad Alciden verſus fauor, ipſe iuuaret,
Ipſe ducis curas, meritosq́ue ſubiret honores.
Iamne animis, iam gente pares, atque inclyta vulgi
Dextera? nulla fides, nulli ſuper Hercule fletus.
Nunc Parthaonides, nunc dux mihi Thracia proles.
Aſpera nunc pauidos contra ruit agna leones.
Hanc ego magnanimi ſpolium Didymaonis haſtam,
Quæ neque iā frondes virides, neque proferet vmbras,

Vt ſe-

Vt ſemel eſt auulſa iugis, ac matre peremta
Fida miniſteria, & duras obit horrida pugnas,
Teſtor, & hoc omni ductor tibi numine firmo,
Sæpe metu, ſæpe in tenui diſcrimine rerum,
Herculeas iam ſerus opes, ſpreti'que vocabis
Arma viri, nec nos tumida hæc tum dicta iuuabunt.
Talibus Aeacides ſocios ſermonibus vrgens
Illacrymat, multa'que comas deformat arena.
Fata trahunt, raptus'que virûm certamine ductor
Ibat, & obtenta mulcebat lumina palla.
Hic vero ingenti repetuntur pectora luctu:
Vt ſocij ſedere locis, nullæ'que leonis
Exuuiæ, tanti'que vacant veſtigia tranſtri.
Flet pius Aeacides, mærent Pæantia corda,
Ingemit & dulci frater cum Caſtore Pollux.
Omnis adhuc vocat Alciden, fugiente carina,
Omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto.
Dat procul interea toto pater æquore ſignum
Phorcys, & immanes intorto murice phocas
Contrahit antra petens: ſimul & Maſſylus, & vna
Lyctius, & Calabris redit armentarius aruis.
Ilicet extremi nox litore ſolis, Iberas
Condidit alta domos, & ſidera ſuſtulit aſtris.
Flamina conticuere, iacet ſine flatibus æquor.
Amphitryoniades nec quæ noua luſtra requirat,
Nec quo tentet iter, comitis nec fata peremti
Quæ referat, videt, aut ſocios qua mente reuiſat.
Vrit amor, ſolis'que negat decedere ſiluis.
Non aliter gemitu quondam lea prolis ademtæ
Terga dedit, ſedet inde vijs, incluſa'que longo
Peruigilant caſtella metu. dolor attrahit orbes,
Interea & miſero manat iuba ſordida luctu.

C. VALERII FLACCI BALBI

SETINI ARGONAVTICON

LIBER QVARTVS.

ATQVE ea non oculis diuûm pater amplius æquis
Suſtinuit, natíque pios miſeratus amores,
Iunonẽ ardẽti trepidã grauis increpat ira:
Vt noua te tacito ſub pectore gaudia tollunt,
Heret inops, ſolíſque furit Tirynthius oris.
At comite immemores Minyæ, facileſque relicto
Alta tenent: ſic Iuno ducem fouet anxia curis
Aeſonium, ſic arma, viros, ſocióſque miniſtrat.
Iam quibus incertam bellis, Scythicáque pauentem
Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam.
Tum precibus, tum me lacrymis & ſupplice dextra
Attentare veto: rerum mihi firma poteſtas.
I, furias Veneremque moue. dabit impia pœnas
Virgo, nec Aeætæ gemitus patiemur inultos.
Dixit, & arcano redolentem nectare rorem,
Quem penes alta quies, liquidíque potentia ſomni
Detulit, inque vagi libauit tempora nati.
Ille graues oculos, & Hylan reſonantia ſemper
Ora ferens, vt nulla deûm ſuperare poteſtas,
Procumbit: tandem feſſis pax reddita ſiluis,
Fluminaque, & vacuis audita montibus auræ.
Ecce puer ſumma ſe tollere viſus ab vnda
Frondibus in croceis, & iniquæ munere Nymphæ,
Stanſque ſuper carum tales caput edere voces.
Quid pater in vanos abſumis tempora queſtus?
Hoc nemus, hæc fatis mihi iã domus, improba quo me
Nympha rapit, ſæuæ monitu Iunonis, inanes

Nunc

Nunc Iouis acceſſus, & iam mihi lumina cæli
Conciliat, iungit'que preces, & fontis honores.
O dolor, o dulces quas geſſimus ante pharetræ.
Iam ſocij lætis rapuerunt vincula ventis,
Hortatur poſtquam furijs, & voce nefanda
Impulit Oenides. verum cum gente domó'que
Iſta luet, ſæuæ'que aderunt tua numina matri.
Surge age, & in duris haud vnquam defice. cælo
Mox aderis, te'que aſtra ferent: tu ſemper amoris
Sis memor, & cari comitis ne abſcedat imago.
Talibus orantem dictis, viſu'que fruentem
Ille vltro petit, & vacuis amplexibus inſtat,
Languentis'que mouet fruſtra conamina dextræ.
Corpus hebet ſomno, refuga'que eluditur vmbra.
Tum lacrymis, tum voce ſequi, tum rumpere queſtus,
Cum ſopor & vano ſpes mæſta reſoluitur actu.
Fluctus ab vndiſoni ceu forte crepidine ſaxi
Cum rapit Alcyonis miſeræ fetum'que larem'que,
It ſuper ægra parens, queritur'que tumentibus vndis,
Certa ſequi quocumque ferant, audet'que, pauet'que,
Icta fatiſcit aquis donec domus, hauſta'que fluctu eſt.
Illa dolens vocem dedit, & ſe ſuſtulit alis:
Haud aliter ſomni mæſtus labor, exſilit amens,
Effuſis'que genas lacrymis rigat. ibimus, inquit,
Solus & hos montes, deſerta'que luſtra tenebis
Care puer, nec res vltra mirabere noſtras.
Hæc fatus, relegit'que vias, & vallibus exit,
Incertus quid Iuno ferat, quas apparet iras.
Nec minus & ſocios cernit procul æquore ferri
Præcipites, tacitum'que pudet potuiſſe relinqui.
Iam'que iter ad Teucros, atque hoſpita mœnia Troiæ
Flexerat, Iliaci repetens promiſſa Tyranni,
Cum mæſto Latona ſimul, Diana'que vultu

Ante Iouem ſtetit,& ſupplex ſic fatur Apollo.
In quem alium Alciden,in quæ iam tempora differs
Caucaſeum rex magne ſenem,nullu n'ne malorum
Finem adeo pœnǽ que dabis? te cuncta precatur
Gens hominum, atque ipſi iam te pater optime montes
Feſſá que cum ſiluis orant iuga. ſat tibi furtum
Ignis,& æthereæ defenſa ſilentia menſæ.
Exit vbi,e ſcopulis media inter pabula diri
Vulturis ipſe etiam gemitu,mæſtá que fatigat
Voce Iouem, ſæuis releuans ambuſta pruinis
Lumina. congeminant amnes,rupeś que fragorem
Caucaſeæ. ſtupet ipſe dei clamoribus ales.
Tunc etiam ſuperas Acheronte auditus ad arces
Iapetus grauis: orantem procul arcet Erinnys,
Reſpiciens celſi legem Iouis, ille Dearum
Fletibus,& magno Phœbi commotus honore,
Velocem roſeis demittit nubibus Irim.
I, Phrygas Alcides,& Troiæ differat arma.
Nunc,ait,eripiat diræ Titana volucri.
Diua volat,defert́ que viro celeranda parentis
Imperia,atque alacrem lætis hortatibus implet.
Iam Minyæ,medijs claræ per ſidera noctis
Fluctibus intulerant,placido caua lintea curſu,
Multá que deſerto memores ſuper Hercule voluunt.
Thracius at ſumma ſocijs e puppe ſacerdos
Fata deûm,& miſeræ ſolans incommoda vitæ,
Securum numeris agit,& medicabile carmen.
Quod ſimul aſſumta pulſum fide,luctus,& iræ,
Et labor, & dulces cedunt e pectore nati.
Interea magni iam iam ſubeuntibus aſtris
Oceani genitale caput, Titania frenis
Antra ſonant, Sol auricomus ingentibus horis
Multifidum iubar,& biſſeno ſidere textam .
Lori-

Loricam induitur,ligat hanc qui nubila contra
Baltheus vndantem, variat mortalibus arcum.
Inde ſuper terras,& Eoi cornua montis
Emicuit,traxit'que diem candentibus vndis,
Et Minyas viſo liquerunt flamina Phœbo.
Proxima Bebrycij panduntur litora regni,
Pingue ſolum,& duris regio non inuida tauris.
Rex Amycus regis fatis & uumine freti
Non muris cinxere domos,non fœdera legum
Vlla colunt,placidas aut iura tenentia mentes.
Quales Aetnæis rapidi Cyclopes in antris
Nocte ſub hiberna ſeruant freta:ſicubi ſæuis
Aduectet ratis acta notis,tibi pabula dira
Et miſeras Polypheme dapes:ſic vndique in omnes
Proſpiciunt,curſant'que vias,qui corpora regi
Capta trahant. ea Neptuno trux ipſe parenti
Sacrifici pro rupe iugi media æquora ſupra
Torquet agens. ſin forma viris præſtantior adſit,
Tum legere arma iubet,ſumtis'que occurrere contra
Ceſtibus. hæc miſeri ſors eſt æquiſſima leti.
Huc vbi deuectam Neptunus gurgite puppem
Senſit,& extremum nati proſpexit in oras,
Et quondam lætos domini certamine campos,
Ingemit,ac tales euoluit pectore queſtus.
Infelix imas quondam mihi rapta ſub vndas,
Nec potius magno Melie tum mixta Tonanti,
Vſque adeo'ne meam quacumque ab origine prolem
Triſtia fata manent? ſic te olim pergere ſenſi
Iupiter, iniuſtæ quando mihi virginis armis
Concidit infelix, & nunc Chaon implet Orion.
Nec tibi nunc virtus,aut det fiducia noſtri
Nate animos,opibus'que vltra ne crede paternis.
Iam iam aliæ vires,maiora'que ſanguine noſtro

Vincunt fata Iouis,potior cui cura ſuorum eſt.
Atque ideo neque ego hanc tumidis auertere ventis
Tentaui,tenuíue ratem,nec iam mora morti
Hinc erit vlla tuæ, reges doliture ſecundos.
Abſtulit inde oculos,natumq́ue & triſtia linquens
Prœlia, ſanguineo terras pater alluit æſtu.
Principio fluuios,gentemq́ue & litora ductor
Explorare iubet, paullumq́ue egreſſus Echion
Inuenit obſcura gemitus in valle trahentem
Clam iuuenem, & caſi mærentem nomen amici.
Ille virum vt contra venientem,vmbrataq́ue vidit
Tempora, Parrhaſio patris de more galero,
Paciferaq́ue manu ne quidquam inſignia virgæ,
Heu fuge,ait,certo quicunque es perdite paſſu,
Dum datur, obſtupuit viſu Nonacria proles,
Quid ferat admirans. Poſtquam remeare monentem
Ocyus, & dictis perſtantem cernit in iiſdẽ,
Abripit, & ſocijs quæ ſint ea premere cogit.
Ille manum tendens,non hac,ait, hoſpita vobis
Terra viri,non hic vllos reuerentia ritus
Pectora, mors habitat, ſæuaq́ue hoc litore pugna.
Iam veniet diros Amycus qui tollere cæſtus
Imperet, & vaſto qui vertice nubila pulſet.
Talis in aduectos Neptuni credita proles
Aeternùm furit,atque æqua virtutis egentes
Ceu ſuperûm ſegnes ad iniqua altaria tauros
Conſtituit,tandem vt miſero lauet arma cerebro.
Conſulite,atque fugæ medium ne temnite tempus.
Nanque iſti fruſtra quiſquam concurrere monſtro
Audeat, & quæ nam talem vidiſſe voluptas?
Ductor ad hæc. Bebryxne venis,diuerſaq́ue regi
Corda gerens? melior vulgi nam ſæpe voluntas.
Hoſtis an externis fato delatus ab oris?

Et tua

Et tua cur Amycus caſtu non dum obruit ora?
Nomen ait prædulce mihi,nomen'que ſecutus
Otreos vnanimi,decus ille & læta ſuorum
Gloria,nec veſtros comes aſpernandus in actus,
Heſionam & Phrygiæ peteret cum gaudia nuptæ,
Hic Amycum contra iuſſus ſtetit,atque ego palmas
Implicui. ſed prima procul vix dum ora leuantis
Fulminea frontem dextra,diſiecta'que fudit
Lumina,me nunquam leto dignatus & armis,
Sed lacrymis potius,luctu'que abſumor inerti.
Spes tamen his fando ſi nuntius extitit oris,
Et Mariandynum patrias penetrauit ad vrbes,
Vnde genus frater'que viro,ſed & ille quierit,
Oro, nec à vanis cladem Lycus augeat armis.
Hæc vbi nonnulla iuuenes formidine moti
Accipiunt, dolor & duras inſurgere mentes
Terga ſequi,properos'que iubet coniungere greſſus.
Litore in extremo ſpelunca apparuit ingens
Arboribus ſuper,& dorſo contecta minanti:
Non quæ dona deûm , non quæ trahat ætheris ignem.
Infelix domus,& ſonitu tremebunda profundi
Et varij pro rupe metus,hinc trunca rotatis
Brachia rapta viris,ſtricto'que immortua caeſtu,
Oſſa'que tetra ſitu,capitum mæſtiſſimus ordo,
Reſpicias quibus aduerſo ſub vulnere nulla
Iam facies,nec nomen erat:media ipſius arma
Sacra metu,magni'que æris impoſta parentis.
Hoſpitis hic primum monitus rediere Timantis,
Et pauor,& monſtri ſubijt abſentis imago.
Atque oculos cuncti inter ſe tenuere ſilentes,
Donec ſidereo Pollux interritus ore,
Te tamen hac (quicunque es) ait formidine ſaxo
Iam tua ſilua ferat,modo ſint tibi ſanguis & artus.

F 5 *Omni-*

Omnibus idem animus forti decernere pugna,
Exoptant'que virum,contra'que occurrere poſcunt.
Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus init, ſpernit'que tumentem,
Pandit iter. mox omne pecus formidine pulſa
Pone ſubit,iam'que & medijs procedit ab vndis.
At procul e ſiluis ſeſe gregibus'que ferebat
Sæuus in antra gigas: quem non ſua turba tuendo
It taciti ſecura metus. mortalia nuſquam
Signa manent, inſtar ſcopuli,qui montibus altis
Summus abit,longe'que iugo ſtat ſolus ab omni.
Deuolat inde furens,nec quo via,cur'ue profecti,
Nec genus ante rogat. ſed tali protonat ira,
Incipite o iuuenes. etenim fiducia credo
Huc tulit,auditas & ſponte laceſſitis oras.
Sin errore viæ,nec dum mens gnara locorum,
Hic mihi lex cæſtus,aduerſa'que tollere contra
Brachia. ſic ingens Aſiæ plaga,qui'que per Arcton
Dexter,& in læuum pontus iacet hæc mea viſit
Hoſpitia. hoc cuncti remeant certamine reges,
Neptuni domus,atque egomet Neptunia proles.
Iam pridem caſtus reſides,& frigida raris
Dentibus aret humus. qui mecum fœdera iunget
Prima manu: cui dona fero. mox omnibus idem
Ibit honos. fuga ſub terras, fuga nulla per auras.
Nec lacrymæ,nec forte preces, ſuperi'ue vocati
Pectora noſtra mouent. alijs rex Iupiter oris.
Faxo Bebrycium nequeat tranſcendere puppis
Vlla fretum,& ponto volitet ſymplegas inani.
Talia dicta dabat: cum protinus aſper Iaſon,
Et ſimul Aeacidæ, ſimul & Calidonis alumni
Nelides'que, Idas'que prior, quæ maxima ſurgunt
Nomina. ſed nudo ſteterat iam pectore Pollux,

Cum

Cum pauor,& gelidus defixit Caſtora ſanguis.
Nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis,
Nec ſonat Oebalius caueæ fauor,aut iuga nota
Taygeti, lauitur patrios vbi victor ad amnes.
Nec precium ſonipes, aut ſacræ taurus arenæ
Præmia,ſed manes,recluſáque ianua leti.
Illum Amycus nec fronte ducem,nec mole tremendum
Vix dum etiam primæ ſpargentem ſigna iuuentæ,
Ore renidenti luſtrans obit,& fremit auſum,
Sanguineóſque rotat furijs ardentibus orbes.
Non aliter iam regna poli,iam capta Tiphoeus
Aſtra ferens, Bacchum ante acies primamq́; deorum
Pallada,& oppoſitos doluit ſibi virginis angues.
Sic adeo inſequitur,rapidóque ita murmure terret.
Quiſquis es infelix celera puer,haud tibi pulcræ
Manſerit hoc vltra frontis decus,oráue matri
Nota feres,túne e ſocijs ſelectus iniquis.
Túne Amyci moriere manu?nec plura moratus
Ingentes humeros,ſpatioſáque pectoris oſſa
Protulit,horrendóſque thoris informibus artus.
Deficiunt viſu Minyæ: miratur & ipſe
Tyndarides,redit Alcidæ iam ſera cupido;
Et vacuos mæſto luſtrarunt lumine montes.
At ſatus æquoreo fatur tunc talia rege:
Aſpice & hæc crudis durata volumina tauris.
Nec pete ſortis opem,ſed quos potes indue cæſtus.
Dixit: & vrgentis poſt ſera piacula fati
Neſcius,extremum hoc,armis innectere palmas
Dat famulis, dat & inde Lacon. odia aſpera ſurgunt
Ignotis prius,atque incenſa mente feruntur
In medium,ſanguis Iouis,& Neptunia proles.
Hinc illinc dubijs intenta ſilentia votis,
Et pater orantes cæſorum tartarus vmbras

Nube caua tandem ad meritæ ſpectacula pugnæ
Emittit. ſummi nigreſcunt culmina montis.
Continuo Bebryx Maleæ velut arce fragoſa
Turbo rapax. vix ora virum, vix tollere paſſus
Brachia, torrenti præceps agit vndique nimbo
Curſibus inuoluens, totáque immanis arena
Inſequitur: vigil ille metu cum pectore & armis
Huc alternus & huc ſemper ceruice reducta,
Semper & in digitis, & ſummi puluere campi,
Proiectúſque redit: ſpumanti qualis in alto
Pliade capta ratis, trepidi quam ſola magiſtri
Cura tenet: rapidum ventis certantibus æquor
Intemerata ſecat, Pollux ſic prouidus ictus
Seruat, & Oebalio dubium caput erigit aſtu.
Vt deinde vrgentes effudit nubibus iras,
Ardorémque viri, paullatim inſurgere, ferro
Incitat, & ſummos manibus deducere cæſtus.
Ille dies ægros Amyci ſudoribus artus
Primus, & arenti cunctantem vidit hiatu.
Nec ſua defeſſum noſcunt loca, nec ſua regem
Agmina: reſpirant ambo, paullúmque reponunt
Brachia, ceu Lapithas aut Pæonas, æquore in ipſo
Cum refouet, fixáque ſilet gradiuus in haſta.
Vix ſteterant, & iam ecce ruunt, inflictáque late
Terga ſonant, noua vis iterum, noua corpora ſurgunt.
Hunc pudor, hunc noto iam ſpes audentior hoſte
Inſtimulat, fumant crebro præcordia pulſu.
Auia reſponſant gemitu iuga: peruigil vt cum
Artificum notat ipſe manus, & fulmina Cyclops
Proſubigit, pulſis ſtrepitant incudibus vrbes.
Emicat hic, dextrámque parat, dextramq; minatur
Tyndarides, redit huc oculis & pondere Bebryx
Sic ratus, ille autem celeri rapit ora ſiniſtra.

Concla-

Conclamant ſocij, & ſubitas dant gaudia voces.
Illum inſperata turbatum fraude furentem'que
Oebalides prima refugit: dum detonet ira,
Territus ipſe etiam atque ingentis conſcius auſi.
Sæuit inops Amycus, nullo diſcrimine ſeſe
Præcipitans, auidus'que viri (reſpectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæſtu velatus vtroque
Irruit. hos inter Pollux ſubit, & trucis vltro
Aduolat ora viri. nec ſpes effeta, ſed ambæ
In pectus cecidere manus. hoc ſæuior ille
Ecce iterum vacuas agit inconſulta per auras
Brachia. ſentit enim Pollux rationis egentem.
Dat genibus iunctis latus, effuſum'que ſecutus
Haud reuocare gradum patitur, turbat'que, premitq́;
Ancipitem, crebros & liber congerit ictus.
Deſuper auerſo ſonat omni vulnere vertex
Inclinis, cedit'que malis. iam tempora manant,
Sanguineæ'que latent aures: vitalia donec
Vincula, qua primo ceruix committitur artu,
Soluit dextra grauis. labentem propulit heros,
Ac ſuper inſiſtens Pollux, ego miſſus Amyclis,
Et Ioue natus ait: nomen mirantibus vmbris
Hoc referes, ſic & memori noſcere ſepulcro.
Bebrycas extemplo ſpargit fuga, nullus ademti
Regis amor, montem celeres, ſiluam'que capeſſunt.
Hæc ſors, hæc Amycum tandem manus arguit auſis
Efferа ſeruantem ponti loca, vim'que iuuentæ
Continuam, & magni ſperantem tempora patris.
Tenditur ille ingens hominum pauor, arua'que late
Occupat, annoſi veluti ſi decidat olim
Pars Erycis, vel totus Athos, qua mole iacentis
Ipſe etiam expleri victor nequit, ora'que longo
Comminus obtutu mirans tenet, & manus omnis

Heroum

Heroum denſis certatim amplexibus vrgent,
Armá que ferre iuuat, feſſas´ que attollere palmas,
Salue vera Iouis, vera o Iouis vndique proles,
Ingeminant: o magna nimis memoranda palæſtris
Taygeta, & primi felix labor ille magiſtri.
Dum´ que ea dicta ferunt, tenues tamen ire cruores
Siderea de fronte vident. nec ſanguine Pollux
Territus auerſo ſiccabat vulnera caſtu.
Illius excelſum ramis caput, armá que Caſtor
Implicat, & viridi connectit tempora lauro.
Reſpiciens´ que ratem, patrijs, ait, has precor oris
Diua refer frondes, cum´ que hac freta curre corona.
Dixerat: hinc valida cædunt armenta bipenni,
Perfuſi que ſacro placati gurgitis amne
Graminea ſternuntur humo: tunc liba dapes´ que
Frondibus accumulant, exſortia terga Laconi
Prærìpiunt pecudum, toto mox tempore menſæ
Lætus ouat, nunc laude virum, nunc vatis honoro
Carmine, victori geminans cratera parenti.
Iam´ que dies auraé que vocant, rurſus´ que capeſſunt
Aequora, qua rigidos eructat Boſporos amnes.
Illos Nile tuos non dum dea gentibus Io
Tranſierat fluctus, vnde hæc data nomina ponto.
Tum pius Oeagrij, claro de ſanguine vates
Admonita genetrice refert, caſus´ que locorum
Inachidos´ que vias, pelagus´ que emenſa iuuencæ
Exilia, intentis´ que canit videre priores
Sæpe Iouem terras, Argiuá que regna Pelaſgûm
Virginis Iaſiæ blandos deſcendere ad ignes.
Sentit Iuno dolos, curá que accenſa iugali
Aethere deſiluit, dominam Lyrceïa tellus,
Antrá que deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.
Cum trepida Inachiæ pellex ſubit ora iuuencæ

Sponte

Sponte dei,plauſu fouet hanc,& pectora mulcet
Iuno,renidenti cohibens ſuſpiria vultu.
Mox ita adorta Iouē, Da,quā modo ditibus Argis
Campus alit,primæ referentem cornua Phœbes,
Indomitam'que bouem,da caræ munera nuptæ.
Ipſa ego dilectæ pecudi iam paſcua digna,
Præcipuos'que legam fontes. qua fraude negaret?
Aut quos inuentos timuiſſet Iupiter actus?
Muneris illa potens,cuſtodem protinus Argum
Adiungit,cuſtos Argus placet,inſcia ſomni
Lumina non aliter lucent cui vertice,quàm ſi
Lyda nurus ſparſo telas maculauerit oſtro.
Argus & in ſcopulos,& monſtris horrida luſtra
Ignotas iubet ire vias,heu multa mouentem
Conantem'que preces,incluſa'que pectore verba.
Vltima tum patriæ cedens dedit oſcula ripæ.
Fleuit Amymone,flerunt Meſſenides vndæ,
Fleuit & effuſis reuocans Hyperia lacertis.
Illa vbi vel feſſi tremerent erroribus artus,
Vel rueret ſommo iam frigidus æthere veſper,
Heu quoties ſaxo poſuit latus, aut vbi longa
Aegra ſiti,quos ore lacus,quæ pabula carpſit?
Verbere candentes quoties exhorruit armos?
Quin & ab excelſo meditantem vertice ſaltus,
Audentem'que mori,valles citus egit in imas
Argus,& arbitrio durus ſeruauit herili.
Cum ſubito Arcadio ſonuit caua fiſtula ritu,
Imperium'que patris celerans Cyllenius ales
Aduenit,& leni modulatur carmen auena.
Quo'que ait hinc diuerſus abis? heu reſpice cantus.
Haud procul inſectans Argum languentia,ſomno
Lumina cuncta notat, dulces'que ſequentia ſomnos,
Et celerem medijs in cantibus exigit harpen.

Iam'que

Iam'que refecta Ioui paullatim in imagine priſca
Ibat agris Io victrix Iunonis, & ecce
Cum facibus ſpiris'que, & tartareo vlulatu
Tyſiphonen videt, ac primo veſtigia viſu
Fugit, & in miſeræ rurſus bouis ora recurrit,
Nec qua valle memor, nec quo ſe vertice ſiſtat.
Inachias errore etiam deſtur ad vndas.
Qualis, & a prima quantum mutata iuuenca?
Nec pater, aut trepidæ tentant accedere Nymphæ.
Ergo iterum ſiluas, iterum petit inuia retro
Ceu ſtyga, dilectum fugiens caput. inde per vrbes
Raptatur Graias, atque ardua flumina ripis
Oblato donec paullum cunctata profundo
Incidit, abſiſtunt fluctus, & gnara futuri
Dant pauidæ alta viam, celſis procul ipſa refulget
Cornibus, ac ſumma palearia ſuſtinet vnda.
Aſt erebi virgo ditem volat æthere Memphim
Præcipere, & Pharia venientem pellere terra.
Contra Nilus adeſt, & toto gurgite torrens
Tyſiphonen agit, atque imis illidit arenis,
Ditis opem, ac ſæui clamantem numina regni.
Apparent ſparſæ'que faces, diſiecta'que longe
Verbera, & abruptis excuſſi crinibus hydri.
Nec Iouis interea ceſſat manus: intonat alto
Inſurgens cælo genitor, curam'que fatetur.
Atque ipſa imperium Iuno pauet: hæc procul Io
Spectat ab arce Phari iam diuis addita, iam'que
Aſpide cincta comas, & ouanti perſona ſiſtro.
Boſporon hinc veteres errantis nomine diuæ
Vulgauere. iuuet noſtros nunc ipſa labores,
Immiſſis'que ratem ſua per freta prouehat Euris.
Dixerat, & placidi tendebant carbaſa venti.
Poſtera non caſſæ Minyis aurora retexit

Noctis

Noctis iter. noua cuncta vident, Thynnæáqne iuxta
Litora, fatidici pœnis horrentia Phinei.
Dura deum, ſummóque lues vrgebat in æuo:
Quippe neque extorrem tantum, nec lucis egentem,
Inſuper Harpyiæ Typhoides ira Tonantis,
Depopulant, ipſóque dapes prædantur ab ore.
Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas
Perpetitur. ſpes vna ſeni, quod pellere ſæuam
Quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
Ergo vbi iam Minyas, certámque accedere Phineus
Sentit opem, primas baculo defertur ad vndas,
Veſtigátque ratem, atque oculos attollit inanes.
Tunc tenuem ſpirans animã, Salue o mihi longum
Exſpectata manus: noſtríſque, ait, agnita votis.
Nouimus & diuis geniti quibus, & via iuſſos
Quæ ferat, ac veſtri rebar ſic tempora curſus
Proxima quæque legens: quantum Vulcania Lemnos
Traxerit, infelix tulerit qua Cyzicus arma:
Senſi & Bebrycio ſupremam in litore pugnam
Iam propior, iámque hoc animam ſolamine mulcens.
Non ego nunc magno quod cretus Agenore Phyneus,
Aut memorem mea quod vates inſedit Apollo
Pectora, præſentis potius miſereſcite fati.
Nec mihi diuerſis erratum caſibus orbem,
Amiſſas aut flere domos, aut dulcia tempus
Lumina. conſuetis rerum eſt ex ordtne fatis
Ingemere. Harpyiæ ſemper mea pabula ſeruant,
Fallere quas nuſquam miſero locus. ilicet omnes
Deueniunt, niger intorto ceu turbine nimbus,
Iámque alis procul, & ſonitu mihi nota Celeno
Diripiunt, verruntque dapes, fœdatáque turbant
Pocula. ſæuit odor, ſurgítque miſerrima pugna,
Párque mihi, monſtriſq; fames, ſpreuere quod omnes

Polluerintq́, manu, quod'que vnguibus excidit atris.
Has mihi fert in luce moras, nec rumpere fata
Morte licet, trahitur victu crudelis egeſtas.
Sed vos obſeruate precor prædicta deorum
Si non falſa mihi, vos finem imponite pœnis.
Nempe aſſunt qui monſtra fugent, aquilonia proles.
Non externa mihi, nam rex ego diuitis Hebri
Iuncta'que veſtra meo quondam Cleopatra cubili.
Nomen ad Actea Calais, Zetes'que ſororis
Proſiliunt, Zetes'que prior quem cernimus inquit?
Tu'ne ille Odryſiæ Phineus rex inclytus oræ?
Tu Phœbi comes, & noſtro dilecte parenti?
O vbi nunc regni, generis'que vbi gloria, quam te
Exedit labor, & miſerus feſtina ſenectus.
Quin age mitte preces, nãque eſt tibi noſtra voluntas,
Si non ira deûm, vel ſi placabilis vrget.
Suſtulit hic geminas Phineus ad ſidera palmas:
Te'que ait iniuſti, qua me premis ira Tonantis
Ante, precor noſtræ tandem iam parce ſenectæ.
Sit modus, & fore credo equidem: nam veſtra voluntas
Quod iuuenes ſine pace deûm, nec credite culpam
Sæuitiæ, ſcelerum'ue mihi nunc crimina pendi.
Fata loquax, mentem'que Iouis, quá'que abdita ſolus
Conſilia, & terris ſubito ventura parabat,
Prodideram, miſerans hominum genus, hinc mihi tãta
Peſtis, & effuſæ media inter dicta tenebræ.
Iam tandem ceſſere iræ, nec caſus ab alto,
Ipſe volens noſtris, ſed vos deus adpulit oris.
Sic ait, & fatis ita iam cedentibus omnes
Impulit, & dura commouit imagine pœnæ.
Inſtituere thoros, medijs'que tapetibus ipſum
Accipiunt, circum'que iacent, ſimul æquora ſeruant
Aſtra ſimul, veſci'que iubent ac mittere curas.

Cum

Cum ſubitus miſero tremor, & pallentia primæ
Ora ſenis fugere manus, nec prodita peſtis
Ante, ſed in medijs dapibus videre volucres.
Fragrat acerbus odor, patrij́que exſpirat auerni
Halitus, vnum omnes inceſſere planctibus, vnum
Infeſtare manus, inhiat Cocytia nubes
Luxurians, ipſó que ferens faſtidia viſu.
Tum ſola colluuie, atque illuſis ſtramina menſis
Fœda rigant, ſtridunt alæ, prædá que retenta
Sæuit vtrinque fames, nec ſolum horrenda Celeno
Phinea, ſed miſeras etiam prohibere ſorores.
Emicat hic ſubito, ſeſé que aquilonia proles
Cum clamore leuat, genitor ſimul impulit alas.
Hoſte nouo turbata lues, lapſǽ que rapinæ
Faucibus, & primum pauidæ Phineia tecta
Peruolitant, mox alta petunt, ſtant litore fixi
Hæmonidæ, atque oculis palantia monſtra ſequuntur.
Sic vbi prorupti tonuit cum forte Veſeui
Heſperiæ letalis apex, vix dum ignea montem
Torſit hiems, iaḿ que Aeoas cinis induit vrbes.
Turbine ſic rapido populos atque æquora longe
Trans abeunt, nullá que datur conſidere terra.
Iaḿ que & ad Ionij metas, atque intima tendunt
Saxa, vocat magni Strophadas nunc incola ponti.
Hic feſſæ letí que metu propioris anhelæ
Dum trepidant, humilí que graues timidó que volatu
Implorant clamore patrem Typhona nefando,
Extulit aſſurgens noctem pater, imá que ſummis
Miſcuit, & medijs vox exaudita tenebris.
Iam ſatis huc pepuliſſe deas: cur tenditis vltra
In famulas ſæuire Iouis? quas fulmina quanquam
Aegidá que ille gerat, magnas ſibi legit in iras.
Nunc quoque Agenoreis idem decedere tectis

Imperat, agnoſcunt monitus, iuſſæ que recedunt.
Mox tamen & vobis ſimilis fuga, cum premit Argos
Letifer, Harpyiæ nunquam noua pabula quærent,
Donec erunt diuûm meritæ mortalibus iræ.
Hæſit vterque polo, dubijs que elanguit alis.
Mox abit, & ſociæ victor petit agmina puppis.
Interea Minyæ pulſa lue, prima Tonanti
Sacra nouant, tum vina thoris, epulas que reponunt.
Ipſe inter medios ceu dulcis imagine ſomni
Lætus ad oblitæ Cereris ſuſpirat honores.
Agnoſcit Bacchi latices, agnoſcit ad vndam,
Et noua non pauidæ miratur gaudia menſæ.
Hunc vbi reclinem ſtratis, & pace fruentem
Aſpicit, ac longæ ducentem obliuia pœnæ,
Talibus appellat, ſupplex que ita fatur Iaſon.
Vota ſenex perfecta tibi, nunc me quoque curis
Eripe, & ad noſtros animum conuerte labores.
Omnis adhuc ſors læta quidem, nec numine vano,
(Si qua fides curæ ſuperûm) tantum æquor adorti
Tendimus, ipſa mihi puppem Iouis optima proles
Inſtituit, ſocios que dedit Saturnia reges.
Fidere mens ſed cæca nequit, quantumq; propinquat
Phaſis, & ille operum ſummus labor, hoc magis angût
Proxima, nec vates ſat iam mihi Mopſus & Idmon.
Ille ducem nec ferre preces, nec dicere paſſus
Amplius, hic demum vittas, laurum que capeſſit,
Numina nota ciens, ſtupet Aeſonis inclyta proles
Phinea, te nunquam pœnis, nullá que grauatum
Peſte Iouis: tam largus honos, tam mira ſenectæ
Maieſtas infuſa, vigor nouus auxerat artus.
Tum canit, o terras fama venture per omnes,
Quem ſocijs ducibus que deis, atque arte benigna
Pallados, ipſe vltro Pelias ad ſidera tollit

Demens

Demens, dum profugi non ſperat vellera Phryxi.
Fata locoſ'que tibi (poſſum quas reddere grates)
Expediam, rerumq́; vias, finem'que docebo.
Ipſe etiam, qui me prohibet ſua pandere terris
Sæcula, te propter fandi mihi Iupiter author,
Hinc iter ad ponti caput, errantes'que per altum
Cyaneas, furor his medio concurrere ponto.
Nec dum vllas videre rates, ſua comminus actæ
Saxa premunt, cautes'que ſuas, cum vincula mundi
Ima labant, tremere ecce ſolum, tremere ipſa repente
Tecta vides, illæ redeunt, illæ æquore certant.
Di tibi progreſſo propius, di forſitan ipſi
Auxilium, mentem'que dabunt, aſt ipſe iuuare
Auſa quibus monitis poſſim tua, quippe per altum
Tenditis, vnde procul venti, procul vnde volucres,
Et pater ipſe maris pauidas detorquet habenas.
Si qua breuis ſcopulis fuerit mora, ſi ſemel orſis
Vlla quies, fuga tunc medio properanda recurſu.
Vix repetunt primæ celeres confinia terræ,
Iam'que alio clamore ruunt, omnis'que tenetur
Pontus, & infeſtis anceps cum montibus errat.
Verum animo redit illa meo ſors cognita diuûm.
(Fabor enim, nec ſpe dubios ſolabor inani.)
Cum mihi tartareas ſæuo clangore volucres
Protulit ira Iouis, vox hæc ſimul excijt aures.
Ne vanas impende preces, finem'que malorum
Expete Agenoride, pontum penetrauerit vlla
Cum ratis, & rapidi ſteterint in gurgite montes,
Tunc ſperare modum pœnæ, veniam'que licebit.
Sic deus, aut vobis ergo fera ſaxa pateſcunt,
Aut mea iam ſæuæ redeunt ad pabula diræ.
Verum inter medias dabitur ſi currere cautes,
Certe digna manus, vacuum'que exibis in æquor.

Proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris
Bebrycijs, toto non vllus litore ponti
Mitior, hic lecto comitum de robore ſiquem
Perculerit vicina lues, ne deſice, caſus
Prædicti memor, atque animos accinge futuris.
Illic peſtiferas ſubter iuga concaua torquet
Ater aquas Acheron, vaſtó que exundat hiatu
Fumeus, & ſæua ſequitur caligine campus.
Linque grauem fluuium, & miſeris ſua fata colonis.
Sic quoque non vno dabitur tranſcurrere luctu.
Quid tibi nubifera ſurgentem rupe Carambin?
Quid memorẽ quas iris aquas, quas torqueat Ancon?
Proxima Thermodoon hic iam ſecat arua, memento.
Inclyta Amazonidum, magnó que exorta gradiuo
Gens ibi, fœmineas nec tu nunc crede cateruas.
Sed qualis & quanta viris inſultat Enyo,
Diua que Gorgonei geſtatrix innuba monſtri,
Ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppem
Ventus agat, ludo volitans cum turma ſuperbo
Pulueréis exultat equis, vlulatá que tellus
Intremit, & pugnas mota pater incitat haſta.
Non ita ſit metuenda tibi, ſæuiſſima quanquam
Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis,
Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa.
Inde omnem innumeri reges per litoris oram,
Hoſpitij quis nulla fides, ſed limite recto
Puppis, & æquali tranſcurrat carbaſus aura.
Sic demum rapidi venies ad Phaſidis amnem.
Caſtra ibi iam Scythiæ, fraterná que ſurgit Erinnys:
Ipſe truces illic Colchos, hoſtem que iuuabis
Auxilijs, nec plura equidem diſcrimina cerno.
Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
Sed te non animis, nec ſolis viribus æquum

Crede-

Credere, ſæpe acri potior prudentia dextra.
Quam tulerit deus, arripe opem, iamq; vltima nobis
Promere fata nefas, ſileo, & precor, atque ita facto
Fine, dedit tacitis iterum reſponſa tenebris.
Tum ſubita reſides ſocios formidine Iaſon
Præcipitat, rumpit'que moras, tempus'que timendi.
Ipſe viros gradiens ad primi litoris vndam
Proſequitur Phineus, quæ nam tibi præmia dixit,
Quas decus o Boreæ poſſem perſoluere grates?
Me Pangæa ſuper rurſus iuga, me'que paterna
Stare Tyro, dulces'que iterum mihi ſurgere ſoles
Nunc reor, exactæ nam vere abiere volucres.
Nec metuam, tuta'que dapes, date tangere vultus,
Deſinite amplexus, propius'que accedite dextræ.
Dixerat, abſcedunt terris, & litora condunt.
Omnibus extemplo ſæua ſub imagine, rupes
Cyaneæ, propior'que labor, quando adfore, quaque
Parte putent, ſtant ora metu, nec feſſa recedunt
Lumina, diuerſas circum ſeruantibus vndas.
Cum procul auditur ſonitus, inſana'que ſaxa
Saxa neque illa viris, ſed præcipitata profundo
Siderei pars viſa poli, dum'que ocyus inſtant
Ferre fugam, maria ante ratem, maria ipſa repente
Diffugere, aduerſos'que vident deſcendere montes.
Omnibus & gelida rapti formidine remi
Ipſe per arma volans, & per iuga ſumma carinæ
Hortatur, ſupplex'que manus intendit Iaſon,
Nomine quenq. premens. Vbi nũc promiſſa ſuperba?
Ingentes'que minæ? mecum quibus iſta ſecuti?
Idem Amyci certe viſo timor omnibus antro
Perculerat, ſtetimus tamen, & deus adfuit auſis.
Quin iterum idem aderit credo deus, hæc vbi fatus
Corripit abiecti remum'que, locum'que Phaleri,

Et trahit, inſequitur flammata pudore iuuentus.
Vnda laborantes præceps rotat, ac fuga ponti
Obuia, miſcentur rupes, iam'que æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt.
Bis fragor infeſtas cautes, aduerſa'que ſaxis
Saxa dedit, flamma expreſſo bis fulſit in imbri.
Sic vbi multifidus ruptis e nubibus horror
Effugit, & tenebras nimbos'que intermicat ignis,
Terrifici'que ruunt tonitrus, eliſa'que noctem
Lux dirimit, pauor ora virûm, pauor occupat aures,
Haud ſecus impleuit pontum fragor, effluit imber
Spumeus, & magno puppem procul æquore veſtit.
Aduertêre dei, defixa'que numina ponto,
Quid ſcopulis præcluſa ratis, quid dura iuuentus
Expediat? pendet magnis fauor ortus ab auſis.
Prima coruſcanti ſignum dedit Aegide virgo
Fulmineam iaculata facem: vix dum ardua cautes
Ceſſerat, illa volans tenui per concita ſaxa
Luce fugit: rediere viris animi'que manus'que
Vt videre viam, ſequor o quicunque deorum
Aeſonides, vel fallar ait, præceps'que fragores
Per medios ruit, & fiſſo ſe condidit antro.
Cœperat incedens abductis montibus vnda
Ferre ratem, pelago'que dies occurrere aperto.
Sed neque permiſſis iam fundere rector habenis
Vela nec eniti remis quoque, cum ſuper adſunt
Cyaneæ, premit vmbra ratem, ſcopuli'que feruntur
Comminus, hic Iuno præceps'que ex æthere Pallas
Inſiliunt pariter, ſcopulos hinc nata coërcet,
Hinc coniunx Iouis, vt valido qui robore tauros
Sub iuga, & inuito detorquet in ilia cornu.
Inde velut miſtis Vulcanius ardor arenis
Verſet aquas, ſic ima fremunt, fluctu'que coacto

Angi-

Angitur,& clauſum ſcopulos ſuper effluit æquor.
Contra omnes validis tenui diſcrimine remis.
Pergere iter,medioſ'que ratem transferre per ictus.
Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis,
Parſ'que (nefas) deprenſa iugis. iam cetera cælo
Debita,conclamant Minyæ, latera vtraque quippe
Diſſiluiſſe putant:fugit ipſe nouiſſimus ictus
Tiphys,& e medijs ſequitnr freta rapta ruinis.
Nec prius obſeſſum ſcopulis reſpexit ad æquor,
Aut ſocijs tentata quies,nigrantia quàm iam
Litora,longinqui quæ exirent flumina Rhebi.
Tunc feſſas poſuere manus,tunc arida anheli
Pectora,diſcuſſa quales formidine auerni
Alcides,Theſeuſ'que comes,pallentia iungunt
Oſcula,vix primis amplexi luminis oris.
Nec vero ipſe metus,curaſ'que reſoluere ductor,
Sed maria aſpectans,heu quis datus iſte deorum
Sorte labor nobis,ſerum vt veniamus ad amnem
Phaſidis,& mites (inquit) dent vellera Colchi?
Vnde per hos iterum montes fuga?talia fundit.
Imperio fixos Iouis,æternum'que reuinctos,
Neſcius,& fati (certa nam lege manebant,
Si qua per hos vndis vnquam ratis iſſet apertis.)
Tum freta quæ longis fuerant imperuia ſæclis,
Ad ſubitum ſtupuere ratem,ponti'que iacentis
Omne ſolum,regeſ'que patent, genteſ'que repoſtæ.
Non alibi effuſis ceſſerunt longius vndis
Litora,nec tantas quamuis Tyrrhenus & Aegon
Voluat aquas, geminis & deſint Syrtibus vndæ.
Nam ſuper huc vaſtos tellus quoque congerit amnes.
Non ſeptem gemini memorem quas exitus Iſtri,
Quas Tanais,flauusq; Lyces, Hypanisq; Melasq;
Addat opes?quantoſ'que ſinus Mæotia laxent

Aequora, flumineo ſic agmine frangit amari
Vim ſalis, hinc Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & exorta facilis concreſcere bruma.
Vt'que vel immotos vrſæ rigor inuenit amnes,
Vel freta merſa vadis, hiemem ſic vnda per omnem
Aut campo iacet, aut tumido rigat ardua fluctu,
Atque hac Europam curuis anfractibus angit,
Hac Aſiam, Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.
Illic vmbroſæ ſemper ſtant æquore nubes,
Et non certa dies, primo nec ſole profundum
Soluitur, aut vernis cum lux æquata tenebris.
Sed redit extremo tandem in ſua litora tauro.
Iam Mariandynis aduertit puppis arenis,
Atque celer terras regem'que exquirit Echion
Dicta ferens. lectos fama eſt ſi nominis vnquam
Hæmoniæ ſubiiſſe viros, det litora feſſis.
At properat Lycus auditis lætatus Achiuis,
Ac ſimul Aeſoniden, omnem'que in regia turbam
Tecta trahit, modo Bebrycijs præfixa tropæis,
Mitis & in medijs effatur talia Graijs.
Haud temere eſt, fato diuûm reor ad mea vectos
Litora vos: odium quibus atque eadem ira furentis
Bebryciæ, ſæua'que pares de gente triumphi.
Certa fides animis, idem quibus incidit hoſtis.
Nos quoque, nos Amycum tanto procul orbe remoti
Senſimus, & ſæuis frater mihi fuſus arenis.
Vltor ego, atque illic cunctis accenſus in armis
Tunc aderam: cum vos medijs contenta ferebant
Vela fretis, illum in ſanie tabo'que recenti
Vidimus, æquoreo ſimilem per litora monſtro.
Nec vero prærepta mihi ſuprema tyranni
Fata queror, bello'ue magis lætarer & armis
Procubuiſſe meis, quàm lege quòd occidit vltus

Ipſe

Ipſe ſua, merito'que madent quòd ſanguine caſtus.
Excipit Aeſonides, Tuus ergo in montibus ignis
Ille tuas acies meo de gurgite vidi?
Fatur & oſtentans prolem Iouis, hic tibi Pollux
En, ait, inuiſo ſoluit cui pectore pœnas.
Ille virum circa mirantia lumina voluit.
Feſta dehinc medijs ineunt conuiuia tectis,
Communes'que vocant ſuperos, quorum eruta nutu
Bebrycia, & votis pariter præda'que fruuntur.

C. VALERII FLACCI BALBI
SETINI ARGONAVTICON
LIBER QVINTVS.

ALTERA *lux haud læta viris emerſit Olympo,*
Argolicus morbis, fatis'que rapacibus Idmon
Labitur, extremi ſibi tum non inſcius æui.
At memor Aeſonides nimium iam vera locuti
Phineos, hinc alios rapto pauet Idmone luctus.
Tum comiti pia iuſta tulit, cælata'que multa
Arte Dolonij donat velamina regis.
Hoſpes humum ſedem'que Lycus, flens arma reuellit.
Idmonis e celſa Mopſius rate, robora cædunt
Pars ſiluis, portant'que aræ, pars auguris alba
Fronde caput, vittis'que ligant, poſitum'que pheretro
Congemuere, dies ſimul & ſuus admonet omnes.
Ecce inter lacrymas, inter'que extrema virorum
Munera, quem curſus penes, imperium'que carinæ,
Tiphyn agit violenta lues, cuncti'que pauore
Attoniti fundunt mæſtas ad ſidera voces.

Arci-

Arcipotens aduerte, precor, nunc denique Apollo.
Hoc pater, hoc nobis reſoue caput, vlla laboris
Si noſtri te cura mouet, qui cardine ſummo
Vertitur, atque omnis manibus nũc pendet ab vnis.
Dicta dabant ventis, nec debita ſata mouebant.
Qualem præcipiti grauidum iam ſorte parentem
Natorum flet parua manus, trepidiq́ precantur,
Duret vt inualidis, & adhuc genitoris egenis:
Haud aliter ſocij ſupremo in tempore Tiphyn
Ante alios ſupereſſe volunt, mors frigida contra
Vrget, & ille recens oculis interuolat Idmon.
Exanimum fruſtra Minyæ clamore morantur,
Auelli'que negant, vix membra rigentia tandem
Impoſuere rogo, lacrymas'que & munera flammis
Vana ferunt, creſcit donis feralis aceruus.
Vt vero amplexus feſſi rupere ſupremos,
Et rapidæ ſonuere faces, tunc ipſa cremari
Viſa ratis, medio'que viros deponere ponto.
Non tulit Aeſonides, geminis flagrantia cernens
Corpora chara rogis, ſub pectore ductor ab imo
Talia voce gemit. Quid tantum infenſa repente
Numina? quas noſtri pœnas meruere labores?
Bina (nefas) tuto pariter mihi funera ſurgunt
Litore, magna adeo comitum numeroſa'que pubes.
Aut ſocios rapit atra dies, aut ipſe relinquor
Sontibus impulſus furijs. vbi Tiphys? vbi Idmon
Fata canens? vbi monſtriferæ par ille nouercæ?
Te ſine Theſpiade nos vlla mouebimus vltra
Aequora? nec ſumma ſpeculantem puppe videbo,
Pleiadum'que globos, & agentes noctibus Arctos?
Cui Minyas caram'que ratem? cui ſidera tradis?
Carpere ſecuras quis iam iubet Aeſona noctes?
Hoc labor, hoc dulci toties fraudata ſopore

Lumina,& attonitis nimium mens anxia Colchis
Profuit? heu quantum Phaſis quantum Aeta receſſit.
Nunc quoque ſi tenui ſuperant in imagine curæ,
Adſis vmbra, precor, venturi præſcia cæli,
Rectoremq́ue tuæ moneas ratis. hæc vbi fatus
Sola virum flammis vidit labentibus oſſa.
Quod tamen extremis vnum ſolamen in oris
Reſtat, ait, caras humus hæc non diuidet vmbras,
Oſſaq́ue nec tumulo, nec ſepare conteget vrna,
Sed ſimul, vt iunctis veniſtis in æquora fatis.
Haud mora, relliquias ſocij defletaq́ue miſcent
Nomina, tum viuo frondes, & ceſpite tellus
Aggeritur, cineremq́ue Lyco commendat Iaſon.
Mæſti omnes, dubijq́ue ratem fidiſſima cuius
Dextra regat, ſimul Ancæus, ſollersq́ue petebant
Nauplius. Erginum fato vocat ipſa monenti
Quercus, & ad tonſas victi redicre magiſtri:
Ac velut ille, gregis ceſſit cui regia, taurus
Fertur ouans, nunc omnis honos, hunc omnis in vnum
Tranſit amor: primo lætos ſic tempore rector
Ingreditur curſus, etenim dat candida certam
Nox Helicen, iam prora fretum commouerat, & iam
Puppe ſedens placidas dimiſerat ancora terras.
Inde premente noto triſtes Acheruſidos oras
Præterit, & feſta vulgatum nocte Lyæi
Callicoron (nec vana fides) his Bacchus in vndis
Abluit Eoo rorantes ſanguine Thyrſos.
Illum poſt acies, rubriq́ue nouiſſima clauſtra
Aequoris, hic reſides Thyaſos, hic æra mouentem,
Vdaq́ue pampinea nectentem cornua vitta:
Nunc etiam meminiſtis aquæ Bœotia qualem
Thyas, & infelix cuperet vidiſſe Citheron.
Fama per extremos quin iam volat improba manes.

Interea

Interea & magnis fatorum laudibus implet
Addita,iam'que fretus repetens freta, iam'que ſtrentes
Cyaneas,ardent auidos attollere vultus:
Quos pietas vel tangit adhuc,quos æmula virtus.
Fata immota manent:vnum qui litore in illo
Conditus,ad caræ mittunt ſpectacula turbæ.
It Stelenus:qualem Mauortia vidit Amazon,
Cum'que ſuis comitem Alcides vt condidit armis,
Talis ab æquorei conſurgens aggere buſti
Emicuit. fulſere vndæ, ſol magnus vt orbem
Tolleret,aut nubem quateret polus. atque ea vix dum
Viſa viris,atram nox protinus attulit vmbram.
Ille dolens altum repetit Chaos,omina Mopſus
Dum ſtupet,in prima tumulum procul aſpicit acta,
Obnubens'que caput,cineri dat vina vocato.
Carmina quin etiam viſos placantia manes
Odryſius dum rite mouet,mixto'que ſonantem
Percutit ore lyram, nomen'que reliquit arenis.
Altius in ventos recipit ratis,ac fugit omne
Crobiali latus,& fatis tibi Tiphy negatum
Parthenium,ante alios Triuiæ qui creditur amnes
Fidus, & Inopi materna gratior vnda.
Mox etiam Cromnam atque iugo pallente Cytoron,
Te'que cita penitus condunt Erythia carina.
Iam'que reducebat noctem polus:alta Carambis
Raditur, & magnæ pelago tremit vmbra Sinopes.
Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope
Nympha prius,blandos'que Iouis quæ luſerat ignes
Cælicolis immota procis,deceptus amatæ
Fraude deæ nec ſolus Halys,nec ſolus Apollo.
Addidit hic caſu comites fortuna benigno,
Autolicum Phlogium'que, & Deileonta ſecutos
Herculis arma viros, vagus hos ibi fixerat error.

Vt

Vt Graiam videre manum, puppemq́ue Pelaſgam,
Prima ruunt celeres ad litora, ſeq́ue precantur
Accipiant ſocios. noua dux accedere gaudet
Nomina, deſertos & iam ſibi currere remos.
Tranſit Halys, longiſq́ue fluens anfractibus Iris,
Sæuaq́ue Thermodoon, medio ſale murmura voluens
Gradiuo ſacer, & ſpolijs ditiſſimus amnis
Donat equos, donat votas cui virgo ſecures,
Cum redit ingenti per Caſpia clauſtra triumpho
Maſſageten Medumq́ue trahens, eſt vera propago
Sanguinis, eſt ollis genitor deus, hinc magis alta
Hæmonidæ petere, & monitus non temnere Phinei.
Ipſe autem comitum conuerſus ad ora nouorum,
Vos mihi nunc pugnas ait, & victricia, ductor,
Herculis arma mei, veſtraſq́ue in litore Martis
Interea memorate manus. ſic fatus, & ægro
Corde ſilens, audit currus, belliq́ue labores
Virginei, exciderit frenis quæ prima remiſſis,
Semianimem patrius quam vexerit amnis in æquor.
Quæ pelta latus, atque humeros nudata pharetris
Fugerit, herculeæ mox vulnere prenſa ſagittæ.
Vtq́ue ſecurigeras ſtimulauerit ira cateruas,
Fleturuſq́ue pater, quantus duce terror in ipſa,
Qui furor in ſignis, quo balteus arſerit auro.
Nocte ſub extrema clauſis telluris ab antris
Peruigil auditur Chalybum labor, arma fatigant
Ruricolæ gradiue tui, ſonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerent, enſeſq́ue darent, odia ægra ſine armis
Errabant, iræq́ue inopes, & ſegnis Erinnys.
Inde Genetæi rupes Iouis, hinc Tibarenum,
Dant virides poſt terga lacus, vbi deſide mitra

Feta

Feta ligat,partúque virum ſouet ipſa ſoluto.
Vos quoque non notæ mirati vela carinæ
Moſſyni,vôs & ſtabulis Macrones ab altis,
Byzeresque vagi, Philyræque a nomine dicta
Litora, quæ cornu pepulit Saturnus equino.
Vltimus inde ſinus,ſæuumque cubile Promethei
Cernitur,in gelidas conſurgens Caucaſus Arctos.
Ille etiam Alciden Titania fata morantem
Attulerat tum ſorte dies, iamque aſpera niſu
Vndique conuellens,veteris cum ſtrage pruinæ,
Vincula prenſa manu ſaxis abduxerat imis
Arduus,& læuo grauior pede,conſonat ingens
Caucaſus,& ſummo pariter cum monte ſecutæ
Incubuere trabes, abductáque flumina ponto.
Fit fragor, æthereas ceu Iupiter arduus arces
Impulerit, manus aut imas Neptunia terras.
Horruit immenſum ponti latus, horruit omnis
Armeniæ prætentus Hiber,penitúſque recuſſo
Aequore, Cyaneas Myniæ timuere relictas.
Tum gemitu propiore Chalybs,denſúſque reuulſis
Rupibus audiri montis labor, & graue Titan
Vociferans,fixos ſcopulis dum vellitur artus.
Contra autem ignari (quis enim nunc credat in vllis
Montibus Alciden? dimiſſáue vota retentet?)
Pergere iter ſocij,tantum mirantur ab alto
Litora diſcuſſa ſterni niue,ruptáque ſaxa,
Et ſimul ingentem moribundæ deſuper vmbram
Alitis,atque atris rorantes imbribus auras.
Sol propius flammabat aquas,extremáque feſſis
Cœperat optatos iam lux oſtendere Colchos.
Magnus vbi aduerſum ſpumanti Phaſis in æquor
Ore ruit, cuncti pariter loca debita noſcunt,
Signáque commemorant,emenſáſque ordine gentes,

Dantq́;

Dant'que ratem fluuio, ſimul æthere plena coruſco
Pallas, & alipedum Iuno iuga ſiſtit equorum.
Ac dum prima graui ductor ſubit oſtia pulſu,
Populeos flexus, tumulum'que virentia ſupra
Flumina, cognati medio videt aggere Phryxi,
Quem comes infelix paruo de marmore iuxta
Stat ſoror, hinc ſæuæ formidine mæſta nouercæ,
Inde maris, pecudi'que timens imponere palmas.
Siſtere tum ſocios iubet, atque hic prima ligari
Vincula: ceu Pagaſas patrium'que intrauerit amnem.
Ipſe graui patera ſacri libamina Bacchi
Rite ferens vmbram vocat, & ſic fatur ad aras.
Pergimus, atque pares tecum mihi Phryxe labores
Tu precor orſa regas, me'que his tuteris in oris,
Tot freta, tot dure properantia ſidera paſſis
Phryxe faue, & patrias placidus reminiſcere terras.
Tu quoque nunc tumulo ne quidquam condita inani
Annue diua maris, numero'que accede tuorum
Quando egomet rurſus per te vehar, aurea quando
Seſton, & infauſtos agnoſcent vellera fluctus.
Vos etiam ſiluæ, vos Colchidos hoſpitis oræ
Pandite, diues vbi pellis micet arbore ſacra.
Tunc tibi fecundi proles Iouis orte niuali
Arcados axe dea (fluuio modo Phaſi quieto
Palladiam patiare ratem) nec dona, nec aræ
Defuerint tellure mea, veneranda fluentis
Effigies te Phaſi manet: quam magnus Enipeus,
Et pater aurato quantus iacet Inachus antro.
Dixerat, atque illi dextra ſine verſa magiſtri,
Protinus in proram rediit ratis omine certo,
Fluminis os, pontum'que tuens: promittis vt ecce,
Vt'que vocas reuehemur ait. ſic deinde precatus
Arma iubet celſa ſocios depromere puppe.

Dona dehinc Bacchi, caſus qui firmet in omnes,
Rapta Ceres, virideſ'que premunt longo ordine ripas.
Incipe nunc cantus alios dea, viſa'que vobis
Theſſalici da bella ducis, non mens mihi, non hæc
Ora ſatis, ventum ad furias, infanda'que natæ
Fœdera, & horrenda trepidam ſub virgine puppem.
Impia monſtrifcris ſurgunt iam prœlia campis.
Ante dolos, ante infidi tamen exſequar actus
Soligenæ falli meriti, meriti'que relinqui.
Inde canens, Scythica ſenior iam ſolis in vrbe
Fata laborati Phryxus compleuerat æui.
Illius extremo ſub funere, mira repente
Flamma poli, magno'que aries apparuit aſtro,
Aequora cuncta mouens. at vellera Martis in vmbra
Ipſe ſui Phryxus monimentum inſigne pericli
Liquerat, ardenti quercum complexa metallo.
Quondam etiam tacitæ viſus per tempora noctis
Effigie vaſta, ſocerum'que exterruit ingens
Prodita vox. o qui patria tellure fugatum
Quærentem'que domos, his me conſidere paſſus
Sedibus, oblata generum mox prole petiſti.
Tunc tibi regnorum labes, luctuſ'que ſuperſunt,
Rapta ſoporato fuerint cum vellera luco.
Præterea infernæ quæ nunc ſacrata Dianæ
Fert caſtos Medea choros, quæcunque procorum
Pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis.
Dixit, & admota pariter fatalia viſus
Tradere terga manu. tum falſo fuſus ab auro
Currere per ſummi fulgor laquearia tecti.
Membra thoris rapit ille tremens, patriumq́, precatur
Numen, & Eoo ſurgentes litore currus.
Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum
Omnituens, tua nunc terris, tua lumina toto

Sparge

Sparge mari, ſeu noſtra dolos molitur opertos,
Siue externa manus, primus mihi nuntius eſto.
Tu quoque ſacrata rutilant cui vellera quercu,
Excubias Gradiue tene, præſentia luco
Arma, tubæque ſonent. vox & tua noctibus extet.
Vix ea, caucaſeis cum lapſus montibus anguis
Haud ſine mente dei, ſpiris nemus omne refuſis
Implicuit, Graiumque procul reſpexit ad orbem.
Ergo omnes prohibere minas, prædictaque Phryxi
Inuigilat, plena nec dum Medea iuuenta
Adnuitur thalamis Albani virgo tyranni.
Interea augurijs, monſtriſque minacibus vrbem
Territat ante monens ſemper deus, & data ſæui
Signa mali, reddi iubet exitiale ſacerdos
Vellus, & Hæmonijs infauſtum mittere terris.
Contra ſolè ſatus Phryxi præcepta volutans
Aegro corde negat. nec vulgi cura tyranno,
Dum ſua ſit modo tuta ſalus, tunc ordine regi
Proximus, & frater materno ſanguine Perſes
Increpitare virum, ſequitur duce turba reperto.
Ille furens ira, ſolio ſe proripit alto,
Præcipitatque patres, ipſum quoque talibus auſis
Spem ſibi iam rerum vulgi leuitate ferentem
Enſe petit. rapit inde fugam, crudelia Perſes
Signa gerens, omnemque quatit rumoribus Arcton.
Iamque aderat magnis regum cum milibus vrbi,
Primaque in aduerſos fruſtratus prælia muros
Conſtiterat. datus & ſocijs vtrimque cremandis
Ille dies, alterque dies, cum Marte remiſſo
Debitus Aeæis dux theſſalus adpulit oris.
Nox hominum genus, & duros miſerata labores
Rettulerat feſſis optata ſilentia terris.
At Iuno & ſummi virgo Iouis intima ſecum

Conſilia, & varias ſociabant pectore curas.
Virgo prior: magna pariter quos mole petamus
Cernis, ait, Colchos habeant quæ prœlia, quíque
Nunc ſtatus. hinc Perſes, illinc non viribus æquis
Adparat Aeætes aciem, quibus addimur armis?
Cui Iuno, dimitte metus, ne prœlia forte
Hunc tibi grata negem, manet ingens ægida ſudor,
Et noſtros iam ſudor equos. ſtat pectore fixum
Aeæte ſociare manus, ſcio perfida regis
Corda quidem, nullos Minyis exſoluet honores.
Verum alios tunc ipſa dolos, alia orſa mouebo.
Sint, precor, hæc. tua nanq; mihi comitãda poteſtas,
Pallas ait, liceat Graijs vt reddere terris
Aeſonium caput, & puppem quam ſtruximus ipſæ,
Iactatam tandem noſtro componere cælo.
Talia tunc hominum ſuperi pro laude mouebant.
Triſtior at nunquam, tantóue pauentibus vlla
Nox Minyis egeſta metu, nil quippe reperto
Phaſide, nil domitis actum Symplegados vndis,
Cunctaq; adhuc magni veniant dum regis ad vrbem
Ambigua, & dubia rerum pendentia ſumma.
Præcipue Aeſoniden, varios incerta per æſtus
Mens rapit, vndantem curis, ac multa nouantem.
Qualiter ex alta cum Iupiter arce coruſcat,
Pliadas ille mouens, miſtúmque ſonoribus imbrem
Horriferámue niuem, canis vbi tollitur omnis
Campus aquis, aut ſanguinei magna hoſtia belli,
Aut altos duris fatorum gentibus ortus.
Sic tum diuerſis hinc atque illinc mollibus anceps
Pectora dux crebro gemitu quatit, optat & almum
Iam iubar, & certi tandem diſcriminis horas.
Tunc defixa ſolo, cœtúque intenta ſilenti
Verſus ad ora virum, quod primum ingentibus auſis
Opta-

Optauiſtis,ait,veterum'que quod horruit ætas
Adſumus en,tantum'que fretis enauimus orbem.
Nec Pelagi nos mille viæ,nec fama fefellit
Soligenam Aeæten media regnare ſub Arcto.
Ergo vbi lux altum ſparget mare,tecta petenda
Vrbis,& ignoti mens experienda tyranni.
Annuet ipſe reor (neque inexorabile certe
Quod petimus) ſin vero preces & dicta ſuperbus
Reſpuerit, iam tunc animos firmate repulſæ,
Qua'que via eſt,patrijs referamus vellera terris.
Stet procul,& rebus ſemper pudor abſit in arctis.
Dixerat:& Scythicam qui ſe comitentur ad vrbem
Sorte petit,numero'que nouem ducuntur ab omni.
Inde viam,qua Circæi plaga proxima campi
Corripiunt,regem'que petunt,iam luce reducta;
Forte deum varijs per noctem exterrita monſtris
Senſerat,vt pulſas tandem Medea tenebras
Rapta thoris primi iubar ad placabile Phœbi
Ibat,& horrendas luſtrantia flumina noctes.
Nanque ſoporatos tacitis in ſedibus artus
Dum premit alta quies,nulla'que in virgine curæ,
Viſa pauens caſtis Hecates excedere lucis:
Dum'que pij petit ora patris,ſtetit arduus inter
Pontus,& ingenti circum ſtupefacta profundo,
Fratre tamen conante ſequi. mox ſtare pauentes
Viderat intenta pueros nece,ſe'que trementem
Spargere cæde manus,& lumina rumpere fletu.
His turbata minis fluuios,ripam'que petebat
Phaſidis,æquali Scythidum comitante caterua.
Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti,
Aut Sicula ſub rupe choros. hinc greſſibus herens
Pallados,hinc caræ Proſerpina iuncta Dianæ
Altior,ac nulla comitum certante,priuſquam

Palluit,& viſo pulſus decor omnis Auerno.
Talis & in vittis geminæ cum lumine tædæ
Colchis erat,non dum miſeros exoſa parentes.
Vt procul extremi gelidis a fluminis vndis
Prima viros tacito vidit procedere paſſu,
Subſtitit,& mæſto nutricem affata timore eſt.
Quæ manus hæc? certo ceu me petat agmine mater
Aduenit,haud armis haud vnquam cognita cultu.
Quære fugam precor,& tutos circumſpice ſaltus.
Audit virginei cuſtos grandæua pudoris
Enioche,cultus primi cui creditus æui.
Tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
Nō tibi ab hoſte minæ,nec vis,ait,vlla propinquat,
Nec metus,externo iam flammea murice cerno
Tegmina,iam vittas frondem'que imbellis oliuæ.
Graius adeſt;Graio ſic cuncta ſimillima Phryxo.
Sic ait: at Iuno pulcrum longiſſima quando
Robur cura ducis,magni'que dedere labores,
Mole noua,& roſeæ perfudit luce iuuentæ.
Iam Talaum, iam'que Ampyciden, aſtroq; comantes
Tyndaridas,ipſe egregio ſupereminet ore.
Non ſecus autumno quàm cum magis aſperat ignes
Sirius, & ſæuo cum nox accenditur auro,
Luciferas crinita faces,hebet Arcas,& ingens
Iupiter: aſt illum tanto non gliſcere cælo
Vellet ager,vellent calidis iam fontibus amnes.
Regina attonito quanquam pauor ore ſilentem
Exanimet,mirata tamen,paullum'que reductis
Paſſibus inſolito ſtupuit duce. nec minus inter
Ille tot ignoti ſocias gregis heret in vna
Defixus,ſentit'que ducem dominam'que cateruæ.
Si dea,ſi magni decus huc ades (inquit) olympi,
Has ego credo faces,hæc virginis ora Dianæ,

Te'que

Te'que renodatam pharetris, ac pace fruentem,
Ad ſua Caucaſeæ producunt flumina Nymphæ.
Si domus in terris, atque hinc tibi gentis origo,
Felix prole parens, olim'que beatior ille
Qui tulerit, longis & te ſibi iunxerit annis.
Sed fer opem regina viris. nos hoſpita pubes
Aduehimur, Graium proceres tua tecta petentes.
Duc, precor, ad veſtri (quicunque eſt) ora tyranni,
Ac tu prima doce fandi tempus'que, modum'que.
Nam mihi ſollicito deus, ignaro'que locorum
Te dedit, in te animos atque omnia noſtra repono.
Dixit, & opperiens trepidam, ſtetit illa parumper
Virgineo cunctata metu, ſic orſa viciſſim.
Quem petis Aeæten genitor meus, ipſa'que iuxta
Mœnia, ſi veros poſſis diſcernere calles.
Hac adeo duce ferte gradus. ingentia nanque
Caſtra, alios aditus, atque impius obſidet hoſtis.
Dixerat hæc, patriumq; viam detorquet ad amnem,
Sacra'que terrificæ ſupplex mouet irrita nocti.
Ille autem inceptum famula duce protinus vrget
Aëre ſeptus iter, patitur nec regia cerni
Iuno virum, prior Aeætæ ne nuntius aſſit.
Iam'que inerat populo, mediæ'que incognitus vrbi
Cum comes orſa loqui. Phœbi genitoris ad aras
Ventum ait, huc adytis iam ſe de more paternis
Rex feret. hic proceres audit, populos'que precantes
Alloquijs facilis præſens pater admonet æquis.
Dixerat: aſt illi propere monſtrata capeſſunt
Limina, non aliter quàm ſi radiantis adirent
Ora dei, veras'que æterni luminis arces.
Tale iubar per tecta micat, ſtat ferreus Atlas
Oceano genibus'que tumens infringitur vnda.
At medij per terga ſenis, rapit ipſe nitentes

Altus equos,curuóque diem ſubtexit olympo.
Pone rota breuiore ſoror, denſáque ſequuntur
Pliades,& madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic varia dux lætus imagine templi
Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
Colchidos hic,ortúsque tuens, vt prima Seſoſtris
Intulerit rex bella Gethis. vt clade ſuorum
Territus,hos Thebas, patriumq́; reducat ad amnem,
Phaſidis hos imponat agris,Colchósque vocari
Imperet. Arſinoen illi trepidáque requirunt
Otia læta Phari, pinguémque ſine imbribus annum,
Et iam Sarmaticis permutant carbaſa bracis.
Barbarus in patrijs ſectatur montibus Aeam,
Phaſis amore furens,pauidas iacit illa pharetras
Virgineo turbata metu, diſcurſibus & iam
Deficit,ac volucri victam deus alligat vnda.
Flebant populeæ iuuenem Phaethonta ſorores.
Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem.
At iuga vix Tethys, ſparſúmque recolligit axem,
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.
Aurea quin etiam præſaga Mulciber arte
Vellera,venturósque olim cælarat Achiuos.
Texitur Argoa pinus Pagaſea ſecuri.
Iámque eadem remos,eadem dea flectit habenas.
Ipſe ſubit,nudáque vocat dux agmina dextra.
Exoritur Notus,& toto ratis vna profundo
Cernitur. Odryſio gaudebant carmine phocæ.
Apparent trepidi per Phaſidis hoſtia Colchi,
Clamantémque procul linquens regina parentem.
Vrbs erat hic contra gemino circumflua ponto,
Ludus vbi eſt multus, tædáque in nocte iugales,
Regalíque thoro lætus gener,ille priorem
Deſerit, vltrices ſpectant a culmine diræ.

Deficit

Deficit in thalamis, turbatáque pellice coniunx
Pallam, & gemmiferæ donum exitiale coronæ
Apparat, ante omnes ſecum dequeſta labores:
Munere quo patrias pellex ornatur ad aras.
Infelix & iam rutilis correpta venenis
Implicat igne domos. hæc tum miracula Colchis
Struxerat ignipotens nondum noſcentibus illa.
Quis labor aligeris, aut quæ ſecet anguibus auras
Cæde madens, odere tamen, viſúſque reflectunt.
Quin idem Minyas operum defixerat error,
Cum ſe ſole ſatus patrijs penetralibus infert.
Filius hunc iuxta primis Abſyrtus in annis
Dignus auo, quémque inſontem meliora manerent.
Tum gener Albanis Styrus qui aduenerat oris,
Diſtulerant ſed bella toros, tum Phrontis & Argus
Aeolidæ, fratérque Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit, paritérque leui Cytiſorus in haſta.
Poſt alij, quos præcipuos Titania tellus
Legit honore patres, motíque ad prœlia regis.
Admonet hic ſocios, nebuláque erumpit Iaſon,
Sideris ora ferens. noua lux effuſa Citæis.
Conueniunt, rogitántque viros, rogitántque quid auſi,
Quídue ferant. poſtquam primis inhiantia dictis
Agmina, ſuppreſſúmque videt iam murmur Iaſon
Talia miranti propius tulit orſa tyranno.
Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum
Cælicolæ, & prima dignum ſtatuere carina,
Si quando hic aliquam noſtro ſatus orbe ſolebat
Theſſaliam, ſi quos Phryxus memorare Pelaſgos,
Hi tibi tot caſus, horrenda tot auia menſi
Cernimur. ipſe egomet proprio de ſanguine Phryxi.
Nanque idem Cretheús ambobus & Aeolus auctor
Cum Ioue, Neptunóque & cum Salmonide Nympha.

Me neque nunc enſes, ará que egere paterna,
Nec tua Theſſalicis quanquam inclyta nomina terris
Sponte ſequor, cui non iuſſo tot adire voluptas
Monſtra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
Sceptra tui toto Pelias ſub nomine Phœbi
Maxima ab hoſtę tenens, tot'que illacrymantia diuos
Oppida, tot vigili pulcerrima flumina cornu,
Ille meum imperijs vrget caput, ille labores
Dat varios. ſuus vt magnum rex ſpargit ab Argis
Alciden Stheleno ipſe ſatus. tamen aſpera regum
Perpetimur iuga, nec melior parere recuſo.
Hic ſibi me aurata pecudis quiſcunque periclis
Exuuias perferre iubet. tibi gratia noſtri
Sit precor hæc, meriti'que locus, quod iuſſa recepi,
Te'que alium quàm quem Pelias ſperat'que cupit'que
Promiſi, & meliora tua mihi fœdera dextræ.
Si petere hoc ſæui ſtatuiſſem ſanguine belli,
Oſſa dabat, Pindus'que rates, quot'que ante ſecuti
Inde nec audacem Bacchum, nec Perſea reges:
Sed me nuda fides, ſancti'que potentia iuſti
Huc tulit, atque mei ſociatrix gratia Phryxi,
Iam'que tibi noſtra geniti de ſtirpe nepotes.
Nec tamen aut Phrygios reges, aut arua furentis
Bebryciæ ſpernendus adij, ſeu fraude petiui,
Seu quis honore meo ſua reddita dona, deum'que
Nos genus, atque ratem magnæ ſenſere Mineruæ.
Vix tandem longis quæſitam Colchida votis
Contigimus, qualem'que dabat te fama videmus.
Tu modo ne claros Minyis inuideris actus.
Non aliena peto, terris'ue indebita noſtris.
Si quis & in precibus vero locus, atque ea Phryxo
Crede dari, Phryxum ad patrios ea ferre penates
Munera, tu contra victum mihi vecta per æquor
Accipe

Accipe Tanarei chlamidem de ſanguine aheni,
Frenáque, & accinctum gemmis fulgentibus enſem.
Hoc patrium decus, hæc materni texta labores.
His Lapithes adſuerat eques. da iungere dextram:
Da Scythicas ſociare domos, ſciat effera regis
Ira mei, quem te horrifero ſortitus in axe
Caucaſus, atque tuis quantum miteſcat habenis.
Talibus orantem vultu grauis ille minaci
Iam dudum fremit, & furijs igneſcit apertis:
Ceu tumet, atque imo ſub gurgite concipit auſtros
Vnda ſilens, trahit ex alto ſic Barbarus iras.
Et nunc auſa viri, nunc heu ſua prodita Graijs
Regna fremit, quin & facili ſibi mente receptum
Iam Phryxum dolet, & Scythiæ periſſe timores.
Nunc quaſſat caput, & iuuenis ſpes ridet inaneis,
Quid veſanus agat, quòd vellera poſcat ab angue.
Vrit & antiquæ memorem vox præſcia ſortis,
Cur ſimul aut Perſen illinc ſibi mouerit, aut hinc
Theſſalicam fortuna ratem. num debitus iſta
Finis agat, ſæuǽque petant iam vellera Parcæ.
Interea quoniam belli pugnǽque propinquæ
Cura prior, fingit placidis fera pectora dictis,
Reddit & hæc. cuperem haud tali vos tēpore tectis
Adueniſſe meis, quo me grauis obſidet hoſtis.
Frater enim (ſceptri ſic omnibus vna Cupido)
Excidium parat, & caſtris me ingentibus vrget.
Quare age cognatas primum defendite ſedes,
Nec decus oblati dimiſeris aduena belli.
Iamque virum trahit ipſe chalybs. tum vellera victor
Tum meritis, nec ſola dabo. contra inſcius aſtus,
Ergo nec hic noſtris deerat labor arduus actis,
Excipit Aeſonides, & ceu nihil æquore paſſis
Additus iſte dies, veniant ſuper hæc quoque fato

Bella

Bella meo. non hunc parua mihi cæde dolorem,
Quaſque dedit, luet ille moras. tum Caſtora mittit,
Qui ferat Aeæi ſocijs reſponſa tyranni.
Acribus aſt illos curis mora ſæua trahebat.
Ac ſimul vt medio viderunt Caſtora campo,
Crebrior incuſſit mentem pauor. o Iouis alma
Progenies, fare an patriam ſpes vlla videndi,
Fare tuis. ille in medijs ſic orſus Achiuis.
Nec ferus Aeætes (vt fama) nec aurea nobis
Terga negat. bello interea ſed preſſus iniquo
Auxilium petit. armatos dux protinus omnes
Accelerare iubet, longo nam tuta receſſu
Puppis, & oppoſita fluuius defenditur vrbe.
Haud mora, proſiliunt: quos nec Riphæa iuuentus,
Quos nec Iber, aut tuta ſuis aurora pharetris
Suſtineat. ſtetit explicito prius agmine pubes,
Expertique ſimul, ſi tela, artusque ſequantur.
Nec quiſquam freta, nec patrias iam reſpicit vrbes:
Sed magis ad præſens itur decus. incita criſtas
Aura quatit, varijs floret via decolor armis.
Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera veſtit,
Qualibus adſurgens nox aurea cingitur aſtris.
Illos ſole ſatus tacita mæſtiſſimus ira
Miratur temere aſſumtos, nec talia mallet
Robora, quàm medios hoſtem ſubijſſe penates.
Interea læto patitur conuiuia cultu,
Et iuxta Aeſoniden magno cratere laceſſit,
Nunc ſibi monſtrantem natos Iouis, oraque iuxta
Aeacidûm, nunc ingentis Calydonis alumnos.
Audit & Alciden infando errore relictum,
Defletosque duces, terraque, marisque labores.
Ipſe autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aeſonides, & amicos ordine reges.

Quis

Quis procul ille virum nobis, quem balteus aſper
Subligat? & ſtricto ſtat proximus armiger arcu:
Ceu pugnam paret, & poſitas confundere menſas.
Contra flammigeri proles Perſeïa ſolis.
Quem rogitas Carmeius ait. mors comminus arma
Semper habere viro, ſemper meminiſſe pharetræ.
Quid Latagũ? quid ſi amnigenam mirere Choaſpen?
Bellatoris equi potantem cerne cruores.
Nec tamen immiſſis hic ſegnior ibit habenis.
Illum ait Aeſonides pariter refer, horrida ſignis
Cui chlamys, & multa ſpirat coma flexilis aura.
Reſpicit Aeætes, atque hunc quoque nomine reddit.
Diues Aron, croceos ſic illius omnis odores
Iactat eques, vinctis ſic eſt coma culta maniplis:
Sed nec ſperne virum, & comtis diffide capillis.
Campeſus hic ſpolijs in tygridis, ille profundo
Incumbens Odruſſa mero. vide lata comantem
Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.
Hic & Iaxarten dictis ſtupet hoſpes acerbis
Immodicum, linguáque grauem, cui nulla minanti
Non ſuperûm, non præſentis reuerentia belli.
Contra autem Aeætes: non fruſtra magna ſuperbo
Dicta volant, ait, & vocem paria arma ſequuntur.
Nec requies, quin Marte diem, noctémque fatiget.
Atque vbi Riphæa ſtupuerunt flumina bruma
Iam pauidi cum prole Getæ, iam peruigil illum
Medus, & oppoſitis exſpectat Iberia clauſtris.
Hos autem quæ quemque manus, quæ ſigna ſequantur,
Si memorem, prius humentem lux ſoluerit vmbram,
Cras acies, atque illa ducum, cras regna videbis
Diſſona, ſaxiferæ ſurgat quibus imber arenæ.
Quæ iaculo gens apta leui, quæ picta pharetris
Venerit, ingentes animo iam proſpice campos.

Atque hanc alipedi pulſantem corpora curru
Euryalen,quibus exſultet Mauortia turmis,
Et quantum elata valeat peltata ſecuri,
Cara mihi,& veras inter non vltima natas
Fatur, & occiduo libat cratera parenti.
Quiſque ſuis tum vota deis,& pocula fundit,
Dent aciem,dent belligeros ſuperare labores.
Ecce autem Geticis veniens Gradiuus ab antris,
Ingentem´que trahens Arctoa per æquora nubem.
Aſpicit Aeæa Minyas ſtupefactus in vrbe,
Ambitum´que ſenem,promiſſá´que vellera puppi
Theſſalicæ. citus ad ſummi ſtellantia patris
Tecta ruit, queſtu´que Iouem teſtatur acerbo.
Quæ ſtudijs rex magne quies, iam mutua vidi
Exitia, in ſolos hominum molimur honores.
Te´que ea cuncta iuuant,rabidam qui Pallada cælo
Non abigis,neque femineis ius obijcis auſis.
Num querar,exſtructa quòd vexerit ipſa carina
Vellera ſacra meis ſperantem auertere lucis?
Quod´que palam tutata viros?ſic cetera pergat,
Si valet,inſidijs quæ nunc fallacibus ambit,
Noſtra vt Phryxæo ſpolientur templa metallo?
Non opus auxilio Colchis,nec fœdere veſtro,
Et Perſen ſimul,& Minyas depoſcimus hoſtes.
Quin age, quid tantæ coëunt in prœlia gentes?
Quid tuus Aeſonides?imus nos protinus imus
In nemus auriferum,& ſumtis decernimus armis,
Vel tu ſola polo tacitis inopina tenebris
Labere. quantus ibi deus experiere,nec illas
Adſtiteris impune trabes,an Martia templa
Intemeranda minus?tacitus mihi luctus & agger,
Quod rudis,& ſola colimur frigentibus vmbra.
Eſt amor,& rerum cunctis tutela ſuarum,

Et tibi

Et tibi magne pater terris donaria certant.
Eſt honor his etiam ſuus.an ego clara Mycenis
Culmina,virgineas præder ſi Cecropis arces,
Iam coniunx,iam te gemitu, lacrymis'que tenebit
Nata querens,metuant ergo,nec talia poſcant.
Non tulit hæc animis,quin longa ſilentia Pallas
Rumperet,irridens ſtrepitumq;,minas'que Gradiui.
Non tibi Aloidæ, quibus hæc fera murmura iactes.
Non Lapithæ, ſed Pallas ait, neque ego ægide digna,
Nec vocer vlterius proles Iouis,excidat iſte
Ni tibi corde tumor,lituos mox armá'que faxo
Oderis,& primis adimam tua nomina bellis.
Quin ſimili matrem demens grauitate ſequutus,
Digna quidem,monſtrum ſuperis quæ tale creauit.
Quod tamen aggreſſæ ſcelus? aut quo crimine ſontes?
Si iuuenem,qui iuſſa ſui tam dira tyranni
Impauidus,maria & non dum qui nota ſubibat,
Iuuimus,& magnis aliquam ſpem mouimus auſis:
An nullas præferre preces,nec fœdera regis
Vlla ſequi,cæca ſed cuncta impellere pugna
Debuimus? ſic Thraces agunt, ſic turbidus iſte
Si qua petit. cuperem hæc etiam nunc bella remitti,
Nec ſocias armare manus, da vellera rector,
Et medio nos cerne mari. quòd ſin ea Mauors
Abnegat,& ſolus noſtris ſudoribus obſtat,
Ibimus indecores,fruſtrá'que tot æquora vectæ.
Faſſá'que quæ nequeam? ſic femina cœperat ardens.
Hic iterum alternis Mauors inſurgere dictis.
Excipit hinc contra pater,& ſic voce coërcet.
Quid veſane fremis? cum vos iam pænitet acti,
Peccatum'que ſatis,tunc ad mea iura venitis.
Quolibet iſta modo,quacunque impellite pugna
Quæ cœpiſtis,habent quoniam ſua fata furores.

Te ta-

Te tamen hoc coniunx, & te mea nata monebo.
Sit Perſen pepuliſſe ſatis. nec vana retentet
Spes Minyas, fidem'ue velint imponere bello.
Illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo.
Victa retro nunc caſtra dabit, bellum'que remittet
Territus aduentu ducis, & virtute Pelaſgi.
Mox vbi Theſſalicis referent hos flamina terris,
Tunc aderit, victor'que domos & ſceptra tenebit:
Donec & Aeaten inopis poſt longa ſenectæ
Exſilia heu, magnis quantum licet impia fatis,
Nata iuuet, Graius'que nepos in regna reponat.
Hic labor, amborumq́; hæc ſunt diſcrimina fratrum.
Vadite, & aduerſis (vt quis volet) irruat armis.
Dixerāt: inſtaurat menſas, pacem'que reducit,
Et iam ſideream noctem dimittit olympo.
Tunc adſuetus adeſt Phlegræas reddere pugnas,
Muſarum chorus, & cithara pulſator Apollo.
Fert'que grauem Phrygius circum cratera miniſter.
Surgitur in ſomnos, ſe'que ad ſua limina flectunt.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER SEXTVS.

AT VIGIL *iiſdem ardet furijs Gradiuus, & acri*
Corde tumet, nec quas acies, quæ caſtra ſequatur
Inuenit. ire placet tandem, præſens'que tueri,
Sternere ſi Minyas, magno'que rependere luctu
Regis pacta queat, Graiam'que abſumere puppem.
Impulit hinc currus monſtrum irreuocabile belli
Concu-

Concutiens, Scythiáque ſuper tentoria ſiſtit.
Protinus e caſtris fugit ſopor excita tela.
Turbati coiere duces: hos inſuper ingens
Fama mouet, rate quæ ſacra vulgabat Achiuos
Adueniſſe ſui repetentes vellera Phryxi,
Quos malus hoſpitio, iunctáque ad fœdera dextra
Luſerit Aeætes, atque in ſua traxerit arma.
Ergo conſilijs dum nox vacat alta mouendis,
Legatos placet ire duces, mandatáque Perſes
Edocet affari Minyas, fraudémque tyranni
Vt moneant, quiſnam hinc animos auerterit error,
Se primum Hæmonijs hortatum ea vellera terris
Reddere, & exuuias pecudis dimittere ſacra.
Hinc odium, & tanti veniſſe exordia belli.
Quin potius dextramq; ſuam, ſuaq; arma ſequantur,
Aut remeent. neque enim Aeætæ promiſſa, fidémque
Eſſe loco. abſtineant aliena a ſanguine pugna.
Non illos ideo tantos veniſſe labores
Per maris ignoti, quid opus concurrere? nec quos
Oderis? hæc medio Perſes dum tempore mandat,
Aureus effulſit campis rubor, armáque, & acres
Sponte ſua ſtrepuere tubæ. Mars ſæuus ab altis
Hoſtis Io conclamat equis, agite, ite, propinquat.
Hac ſimul hinc Colchos, hinc fundit in æquora Perſen.
Tunc & quæque ſuis commiſit prœlia terris,
Vóxque dei pariter pugnas audita per omnes.
Hinc age Riphæo quos videris orbe furores
Muſa mone, quanto Stythiam molimine Perſes
Concierit, quis fretus equis per bella, viríſque.
Verum ego nec numero memorem, nec nomine cunctos
Mille vel ora mouens. neque enim plaga gentibus vlla
Ditior, æterno quanquam Mæotia pubes
Marte cadat, pingui nunquam tamen vbere deſit,

Quod geminas Arctos, magnūq; quod impleat anguē.
Ergo duces, ſolas'que deæ mihi promite gentes.
Miſerat ardentes (mox ipſe ſecutus) Alanos,
Hæniochos'que truces iam pridem infenſus Anauſis,
Pactæ quod Albano coniunx Medea tyranno
Neſcius, heu, quanti thalamos aſcendere monſtri
Arſerit, atque vrbes maneat qui terror Achæas,
Gratior ipſe deis, orba'que beatior aula.
Proxima Biſaltæ regio, ductor'que Colaxes
Sanguis & ipſe deûm, Scythicis quem Iupiter oris
Progenuit viridem Maracen, Tibiſena'que iuxta
Hoſtia, ſemifero (dignum ſi credere) captus
Corpore, nec Nymphæ geminos exhorruit angues.
Cuncta phalanx inſigne Iouis, cælata'que geſtat
Tegmina, diſperſos trifidis ardoribus ignes.
Nec primus radios miles Romane coruſci
Fulminis, & rutilas ſcutis diffuderis alas.
Inſuper auratos collegerat ipſe dracones
Matris Horæ ſpecimen, linguis'que aduerſis vterque
Congruit, & tereti ſerpens dat vulnera gemma.
Tertius vnanimis veniens cum millibus Anchus
Cimmerias oſtentat opes: cui candidus olim
Crinis ineſt, natale decus. dat longior ætas
Iam ſpacium triplici percurrens tempora nodo.
Demittit ſacro geminas a vertice vittas.
Dathin Achæmeniæ grauior de vulnere pugnæ.
Miſit in arma Darabs, acies quem Martia circum
Gangaridûm, pota'que Gerys quos efferat vnda,
Qui'que lacum cinxere Bicen, non defuit Anxur,
Non Radalo cum fratre Fidon, Iaceſina'que læuo
Omine fatidicæ Phryxus mouet agmina ceruæ.
Ipſa comes ſetis fulgens, & cornibus aureis
Ante aciem celſi vehitur geſtamine conti.

Mæſta

Mæſta necis ſæua luco reditura Diana:
Mouit & Hylæa ſupplex cum gente Syrenem
Impia germani prætentans vulnera Perſes.
Denſior haud vſquam, nec celſior extulit vllas
Silua trabes, feſſǽque prius rediere ſagittæ,
Arboris ad ſummum quàm peruenere cacumen.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris
Cyris in arma viros, plauſtris'que ad prœlia cunctas
Coraletæ traxere manus. ibi ſutilis illis
Et domus, & crudo reſidens ſub vellere coniunx,
Et puer e primo torquens temone Cateias.
Linquitur abruptus pelago Tyra, linquitur & mons
Ambenus, & gelidis pollens Ophiuſa venenis.
Degeneres'que ruunt Sindi, glomerant'que paterno
Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.
Hos ſuper erectam Phalces agit æquore nubem
Cum fremitu, denſi'que leuant vexilla Coralli,
Barbaricæ quis ſigna rotæ ferratáque dorſo
Forma ſuum, truncǽque Iouis ſimulacra columnæ.
Prœlia nec rauco curant incendere cornu:
Indigenas ſed rite duces & priſca ſuorum
Facta canunt, veterum'que viris hortamina laudes.
Aſt vbi Sidonicas inter pedes æquat habenas,
Illinc iuratos in ſe trahit Aea Batarnas;
Quos duce Teutagono crudi mora corticis armat,
Aequáque nec ferro breuior, nec romphea ligno.
Nec procul albentes gemina fert aclyde parmas,
Hiberni qui terga Noæ gelidum'que ſecuri
Eruit, & tota non audit Alazona ripa:
Quos'que Taras, niueumq́; ferax Euarchus olorum.
Te quoque venturis ingens Ariaſmene ſæclis
Tradiderim, molem belli, latéque ferentem
Vndique falcatos deſerta per æquora currus.

Inſequitur Drangæa phalanx, clauſtriſ'que profuſi
Caſpiadæ: quis turba canum non ſegnius acres
Exilit ad lituos, pugnaſ'que capeſſit heriles.
Inde etiam par mortis honos, tumuliſ'que recepti
Inter auos, poſituſ'que virum. nam pectora ferro
Terribileſ'que innexa iubas ruit agmine nigro
Latratu'que cohors: quanto ſonat horrida Ditis
Ianua, vel ſuperas Hecaten comitatus ad auras.
Ducit ab Hyrcanis vates ſacer agmina lucis
Varus. eum Scythiæ iam tertia viderat æſtas,
Magnanimos Minyas, Argoa'que vela canentem.
Illius & dites monitis ſpondentibus Indi,
Et centum geminæ longæua noualia Thebes,
Tota'que Riphæo Panchaia rapta triumpho.
Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas,
Quas Otaces, quas Latris agunt & raptor amorum
Neurus, & expertes canentis Iazyces æui.
Nanque vbi iam vireſ'que aliæ, notoſ'que refutat
Arcus, & incœptus iam lancea temnit heriles,
Magnanimis mos ductus auis, haud ſegnia mortis
Iura pati, dextra ſed caræ occumbere prolis.
Enſe dato, rumpunt'que moras natuſ'que, parenſ'que,
Ambo animis, ambo miſeri tam fortibus actis.
Hic & odorato ſpirantes crine Micelæ,
Ceſſæa'que manus, & qui tua iugera non dum
Eruis ignotis inſons Arimaſpe metallis.
Doctus & Anchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis
Thyrſageten, cinctum'que vagis poſt terga ſilebo
Pellibus, & nexas viridantem floribus haſtas.
Fama ducem Iouis, & Cadmi de ſanguine Bacchum
Hac quoque thuriferos felicia regna Sabæos,

Hac

Hac Arabas fudiſſe manu, mox rumperet Hebri
Cum iuga, Thyrſagetas gelida liquiſſe ſub arcto.
Illis omnis adhuc veterum tenor, & ſacer æris
Pulſus, & Eoæ memoratrix tibia pugnæ.
Iungit opes Eumeda ſuas, ſua ſigna ſecuti
Exometæ, Toriniq́ue & flaui crine Satharchæ.
Mellis honos Torinis: ditant ſua mulctra Satharchen,
Exomatas venatus alit, nec clarior vllis
Arctos equis: abeunt Hypanin, fragilemq́; per vndam
Tigridis, aut ſæua profugi cum prole leænæ,
Mæſtáque ſuſpectæ mater ſtupet aggere ripæ.
Impulit & dubios Phryxæi velleris ardor
Centoras, & diros magico terrore Choatras.
Omnibus in ſuperos ſæuus honor, omnibus artes
Monſtrificæ. nunc vere nouo compeſcere frondes,
Nunc ſubitam trepidis Mæotin ſoluere plauſtris.
Maximus hos inter ſtygia venit arte Choaſtes,
Sollicitat nec Martis amor: ſed fama Citææ
Virginis, & patribus ſpirans Medea venenis.
Gaudet auerna palus, gaudet iam nocte quieta
Portitor, & toto veniens Latonia cælo.
Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti, comitúmque celer mutator equorum
Mœſius, & ingentis frenator ſarmata conti,
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore, nec ſic
Fratribus aduerſa Boreas reſpondet ab vnda,
Aut is apud fluuios volucrum ſonus, æthera quantus
Tunc lituûm concentus agit, lymphatáque miſcet
Millia: quot folijs, quot floribus incipit annus.
Ipſe rotis gemit intus ager, tremebundáque pulſu
Nutat humus, quatit vt ſæuo cum fulmine Phlegram
Iupiter, atque imis Typhoëa verberat aruis.
Prima tenent illinc patrijs Abſyrtus in armis,

Et gener, ingentes' que inter ſua millia reges.
At circa Aeſoniden Danaûm manus, ipſa' que Pallas
Aegide terrifica, quam nec dea laſſat habendo
Nec pater horrentem colubris, vultu' que tremendam
Gorgoneo, nec ſemineces oſtendere crines
Tempus adhuc, primas' que ſinit concurrere pugnas.
Impulit hos contra Mauors pater, & mala leti
Gaudia, Tiſiphone' que caput per nubila tollens
Ad ſonitum litui, media' que altiſſima pugna,
Nec dum clara quibus ſeſe fuga mentibus addat.
Illi vbi conſertis iunxere frementia telis
Agmina, vir' que virum galeis adflauit adactis,
Continuo hinc obitus, perfracta' que cædibus arma,
Corpora' que, alternus cruor, alterna' que ruina
Voluit ager galeas, & thorax egerit imbres
Sanguineos, hinc Barbarici glomerantur ouatus,
Hinc gemitus, miſta' que virum cum puluere vitæ
Caſpius Aeæum correpto crine Moneſen
Abſtulit. hunc pariter Colchi, Graij' que ſequuntur
Miſſilibus, rapit ille necem, prædam' que relinquit:
Nec ſocijs iam cura viri. Dipſanta Careſus,
Strimona' que obſcura ſpargentem vulnera funda
Deijcit, Albani cadit ipſe Chremedonis haſta,
Iam' que latet, currus' que ſuper, turmæ' que feruntur.
Proceſſere Melas, & Hidaſmenus incipit haſta
Ante Melas, leuis aſt abies eluſit vtrumque.
Enſibus inde ruunt: prior occupat ære citato
Caſſidis ima Melas. infracta eſt vulnere ceruix:
Miſta perit virtus: neſcit cui debeat Oebreus;
Aut cui fata Tyres, dum ſibila reſpicit Iron
Cuſpidis Argiuæ, Pyliam latere accipit haſtam.
Viderat Hircanos paribus diſcurrere fratres
Caſtor equis, pater armento quos diues ab omni

Nutrie-

Nutrierat, fatiſ´que viam monſtarat iniquis.
Tum magis atque magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor, ſimul obuius haſtam
Pectus in aduerſum ſubito iacit, alipedem´que
Conſtitit excuſſo victor duce. riſit ab alta
Nube pater, prenſis´que equitem cognouit habenis.
At pariter luctu´que furens, viſu´que Medontes
Tyndariden petit, & ſuperos ſic voce precatur:
Hunc age, vel cæſo comitem me reddite fratri.
Primus & hic noſtra ſonipes cadat impius haſta,
Credita qui miſero non rettulit arma parenti,
Me´que venit contra, captiua´que terga miniſtrat.
Dixerat: Actæi ſed eum prior haſta Phaleri
Deijcit, ad ſocias ſonipes citus effugit alas.
Quis tibi fatales vnquam metuiſſet Amyclas,
Oebaliam´que manum tot Rhyndace montibus inter
Diuiſo, totidem´que fretis? cadet impiger vna
Inguine transfoſſo clari Taulantis alumnus
Semidea genetrice Tages, cui plurima ſiluis
Peruigilat materna ſoror, cultus´que laborat.
Tenuia non illum candentes carbaſa lini,
Non auro depicta chlamys, non flaua galeri
Cæſaries, picto´que iuuant ſubtemine bracæ.
Iam´que nouus mediæ ſtupefacta per agmina pugnæ
Vadit eques, denſa ſpargens haſtilia dextra,
Fulmineum´que viris proturbans ingerit enſem,
Huc alternus & huc, cum ſæuior ecce iuuentus
Sarmaticæ coiere manus, fremitus´que virorum
Semiferi, riget his molli lorica catena.
Id quoque tegmen equis, agitur porrecta per armos
Et capit, ingentem campis hoſtilibus vmbram
Fert abies obnixa genu, vadit´que virûm vi,
Vadit equûm, docilis relegi docilis´que relinqui,

Atque iterum medios non altior ire per hoſtes.
Orbibus hos rapidis, molli'que per æquora Caſtor
Anfractu leuioris equi deludit anhelos,
Immemores'que mori, ſed non iiſdem artibus æque
Concurrunt, vltro'que ruunt in funera Colchi.
Campeſius impacta latus inter, & ilia quercu
Tollitur, ac mediam moriens deſcendit in haſtam.
Oebaſius infeſtum ſummiſſo poplite Phalcen
Euaſiſſe ratus, læuum per luminis orbem
Tranſigitur, teneræ liquuntur vulnere malæ.
Contra autem geminis fidens thoracibus, ictum
Suſtulit, & gladio Sibotes ferit vltima teli:
Nequidquam iam cuſpis ineſt, nec fragmina curat
Ambenus, & trunco medium ſubit Otrea ligno.
Seminecem Taxes Hipanim vehit, atque remiſſum
Pone trahit fugiens, & curſibus exuit haſtam:
Dum'que recollectam rurſus locat, irruit vltro,
Turbatum'que Lacon, & adhuc inuadit inermem.
Impulit aduerſo præceps equus Onchea conto
Nequidquam totis reuocantem viribus armos.
In latus accedit ſonipes, accedit & ipſe
Frigidus. arma cadunt, rorat procul vltima cuſpis.
Qualem populeæ fidentem nexibus vmbræ,
Si quis auem ſummi deducat ab arbore rami,
Ante manu tacita, cui plurima creuit harundo.
Illa dolis, viſco'que ſuper correpta ſequaci
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.
Parte alia infeſtis (nam ſors adiunxit) in armis
Styrus adeſt, latus'que virum cognoſcit Anauſin.
Et prior: en cuius thalamis Aeætia virgo
Dicta manet, noſtros'que feret qui victor amores.
En ait, inuito'que gener mutabere patri.
Tum ſimul aduerſas collatis curſibus haſtas

Conij-

Conijciunt, fugit adductis Albanus habenis
Saucius, atque datum leto non ſperat Anauſin.
Nec videt: ille autem telo moribundus adacto
Ad ſoceros, pacta'que ſinus en coniugis inquit
Styre fugis, vulnus referens, quod carmine nullo
Suſtineat, nullis'que leuet Medea venenis.
Dixerat, extremus cum lumina corripit horror,
Vox'que repreſſa gelu, percuſſa'que vertice tellus.
Hinc animos acies auget, magno'que doloris
Turbine Geſandrum Mauors rapit: ille morantes
Increpat, & ſtricto ſic vrget Iazycas enſe.
Nempe omnes cecidere ſenes, nempe omnis ademtus
Ante pater. quæ vos ſubito tam fœda ſenectus
Corripuit? fregit'que animos, atque abſtulit iras?
Aut mecum mediam iuuenes, agite, ite per vrbem
Argolicam'que manum, aut claris occumbite fatis.
Irruit, & patrias cœptis ferus aduocat vmbras.
Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nato
Suggere nunc, animam'que parem, ſi fata peroſo
Tarda tibi, turpes'que moras non ſegnius ipſi
Paruimus, parui'que etiam didicere nepotes.
Hæc ait: auditur'que erebo, tunc corripit enſem
Turbidus, & furijs ardens quatit arma paternis.
Indigenis ſacratus aquis, magni'que ſacerdos
Phaſidis arctois Aquites errabat in armis:
Populeus cui frondis honor, conſpecta'que glauco
Tempora nectuntur ramo, te Cyrne parentis
Immemorem duræ cupiens abducere pugnæ.
Iam'que omnes impune globos, diuerſa'que luſtrans
Agmina quē quærit, nuſquā videt, atque iterū intrat
Vociferans, iterum belli diuerſa peragrat.
Lancea cæruleas circum ſtrepit incita vittas:
Opprimit admiſſis ferus hunc Geſander habenis.

Ille manum trepidans, atque irrita ſacra tetendit,
Te'que per hanc (inquit) genitor tibi ſi manet, oro
Caniciem, compeſce minas, & ſicubi nato
Parce meo. dixit, contra ſic victor adacto
Enſe refert: genitor turpi durare ſenecta.
Quem mihi reris adhuc, ipſe hac occumbere dextra
Maluit, atque vltro ſegnes abrumpere metas.
Et tibi ſi pietas nati, ſi dextra fuiſſet,
Haud medij precibus tereres nunc tempora belli
Præda futuræ canum, iuueni ſors pulcrior omni,
Et certare manu decet, & caruiſſe ſepulcro.
Dixerat: ille deos moriens, cælum'que precatur,
Dextera ne miſero talis foret obuia nato.
Te quoque Canthe tui non inſcia funeris Argo
Fleuit, ab inuita rapientem tela carina.
Iam Scythicos miſerande ſinus, iam Phaſidis amnem
Contigeras, nec longa dies, vt capta videres
Vellera, & Euboicis patrios de montibus ignes.
Illum vbi congreſſu ſubijt Geſander iniquo,
Territat his: tu qui faciles, hominum'que putaſti
Has Argiue domos, alium hic miſer aſpicis annum,
Altricem'que niuem, feſtina'que tædia vitæ.
Non nos aut leuibus componere brachia remis
Nouimus, aut ventos opus exſpectare ſerenos.
Imus equis qua vel medio riget æquore pontus,
Vel tumida premit Iſter aqua, nec mœnia nobis
Veſtra placent, feror arctois nam liber in aruis
Cuncta tenens mecum. omnis amor, iacturaq; plauſtri
Sola, nec hac longum victor potiere rapina.
Aſt epulæ quodcunque pecus, quæcunque ferarum
Mitte Aſiæ, mitte Argolicis mandata colonis,
Ne trepident, nunquã has hiemes, hæc ſaxa relinquant
Martis agro: ſubitam ſæui durauimus amne

Proge-

Progeniem,natoſque rudes,vbi copia leti
Tanta viris,ſic in patrijs bellare pruinis
Prædarique iuuat,talemque hanc accipe dextram.
Dixit:& Aedonys nutritum miſſile ventis
Concitat,it medium per pectus & horrida nexu
Letifer aera chalybs,trepidus ſuper aduolat Idas,
Ac ſimul Oenides,pariterque Menœtius,& qui
Bebrycio propius remeauit ab hoſpite victor.
At vero ingentem Telamon procul extulit orbem,
Exanimem te Canthe tegens:ceu ſeptus in arcto
Dat catulos poſt terga leo,ſic comminus haſta
Aeacides,greſſumque tenet,contraque ruentem
Septeno validam circumfert tegmine molem.
Nec minus hinc vrget Scythiæ manus,armaq; Cāthi,
Quiſque ſibi,& Graio pœnam de corpore poſcens.
Arduus inde labos,medioque in corpore pugna
Conſeritur,magno veluti cum turbine ſeſe
Ipſius Aeoliæ frangunt in limine venti:
Quem pelagi rabies,quem nubila,quemq; ſequatur
Illa dies:obnixa virum ſic comminus heret
Pugna,nec arrepto velli de corpore poſſunt.
Vt bouis exuuias multo qui frangere oliuo
Dant famulis,tendunt illi,tractuque viciſſim
Taurea terga domant,pingui fluit vnguine tellus.
Talis vtrinque labos,raptataque limite in arcto
Membra viri miſeranda meant. hi tendere contra,
Hi contra,alternæque virum non cedere dextræ.
Hinc mediū Telamon Canthū rapit, hinc tenet ardēs
Colla viri,& molles galeæ Geſander habenas.
Inſonuit quæ lapſa ſolo,dextramque fefellit.
Ille iterum in clypei ſeptemplicis improbus orbem
Arietat,& Canthum ſequitur,Canthumq; repoſcit.
Quem manus a tergo ſocium rapit,atque receptum

Virginis Euriales curru locat, aduolat ipſa,
Ac ſimul Hæmonide, Geſandrum'que omnis in vnum
It manus: ille nouas acies & virginis arma
Vt videt, has etiam contra bellabimus, inquit?
Heu pudor, inde Lycen ferit ad confine papillæ;
Inde Thöen, qua pelta vacat. iam'que ibat in Harpen
Vix dum prima leui ductantem cornua neruo
Illabentis equi tendentem frena & Henippen.
Cum regina grauem nodis, aurô'que ſecurim
Congeminans, partem capitis, galeæ'que ferinæ
Diſſipat: hic pariter telorum immanis in vnum
It globus, ille diu coniectis ſufficit haſtis.
Quin grauior, nutu'que cadens exterruit Idam.
Tunc ruit vt montis latus, aut vt machina muri,
Quæ ſcopulis, trabibus'que diu, confecta'que flammis
Procubuit tamen, atque ingentem propulit vrbem.
Ecce locum, tempus'que ratus, iam'que & ſua poſci
Prœlia falcatos infert Ariaſmenus axes,
Sæua'que diffundit ſociûm iuga: protinus omnes
Graiugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.
Qualiter exoſus Pyrrhæ genus æquora rurſus
Iupiter, atque omnes fluuiûm ſi fundat habenas,
Ardua Parnaſſi lateant iuga, ceſſerit Othrys
Piniger, & merſis decreſcant rupibus Alpes:
Diluuio tali, paribus'que Ariaſmenus vrget
Excidijs, nullo rapiens diſcrimine currus.
Aegida tum primum virgo ſpiram'que Meduſæ
Tercentum ſæuis ſqualentem ſuſtulit hydris:
Quam ſoli vidiſtis equi, pauor occupat ingens
Excuſſis in terga viris, diram'que retorquet
In ſocios non ſponte luem, tunc enſibus vncis
Implicat, & trepidos lacerat diſcordia currus.
Romanas veluti ſæuiſſima cum legiones

Tiſipho-

Tiſiphone, regeśque mouet, quorum agmina pilis,
Quorum aquilis vtrinque micant, eademq́ parentis
Rura colunt: idem lectos ex omnibus agris
Miſerat infelix non hæc ad prœlia Tybris.
Sic modo concordes, externáque fata petentes
Palladij rapuere metus, ſic in ſua verſi
Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.
Non tam fœda virum laurentibus agmina terris
Eiecere noti, Libyco nec talis imago
Litore, cum fractas inuoluunt æquora puppes:
Hinc bijuges, illinc artus tenduntur heriles,
Quos radij, quos frena ſecant, trahitur'que trahit'que
Currus cæde madens, atróque in puluere regum
Viſcera, nunc alijs, alijs nunc curribus herent.
Haud vſquam Colchorum animi, neque cura cauere
Tela, ſed implicitos miſeráque in peſte reuinctos
Confodiunt, ac forma necis non altera ſurgit,
Quam ceruos vbi non vmbro venator edaci
Non pinna petit, herentes ſed cornibus altis
Inuenit, & cæca conſtrictos accipit ira.
Ipſe recollectis audax Ariaſmenus armis
Deſilit, illum acies curuæ ſecat vndique falcis,
Partitur'que rotis, atque inde furentia raptus
In iuga, Circæos tetigit non amplius agros.
Talia certatim Minyæ, ſparſíque Cytæi
Funera miſcebant campis, Scythiam'que premebant,
Cum Iuno Aeſonidæ non hanc ad vellera cernens
Eſſe viam, nec ſic reditus regina parandos
Extremam molitur opem, funeſta prius quàm
Conſilia, ac ſæuas aperit rex perfidus iras.
Increpat & ſeris Vulcanum mæſta querelis,
Cuius flammiferos videt inter regia tauros
Paſcua, Tartaream proflantes pectore noctem.

Hæc

Hæc etenim Minyas ne iungere Marte peracto
Monſtra, ſatis iubeat Cadmæi dentibus hydri,
Ante diem timet, & varias circumſpicit artes.
Sola animo Medea ſubit, mens omnis in vna
Virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
Illius ad fremitus, ſparſoſque per auia ſuccos
Sidera fixa pauent, & aui ſtupet orbita ſolis.
Mutat agros, fluuiûmque vias, ſuus alligat igni
Cuncta ſopor, recolit feſſos ætate parentes,
Datque alias ſine lege colus. hanc maxima Circe
Terrificis mirata modis, hanc aduena Phryxus,
Quamuis Athracio lunam ſpumare veneno
Sciret, & Hæmonijs agitari cantibus vmbras.
Ergo opibus magicis, & virginitate tremendam
Iuno duci ſociam coniungere quærit Achiuo.
Non aliam tauris videt & naſcentibus armis
Quippe parẽ, neque quæ medio ſtet in agmine flãmæ.
Nullum mente nefas, nullos horreſcere viſus:
Quid ſi cæcus amor, ſæuuſque acceſſerit ignis?
Hinc Veneris thalamos, ſemperque recentia ſertis
Tecta petit. viſa iamdudum proſilit altis
Diua thoris, volucrumque exercitus omnis amorum,
Ac prior hanc blandis ſupplex Saturnia dictis
Aggreditur, veros metuens aperire timores.
In manibus ſpes noſtra tuis, omniſque poteſtas
Nunc ait, hoc etiam magis annue vera fatenti.
Durus vt Argolicis Tirynthius exulat oris:
Mens mihi non eadem Iouis, atque aduerſa voluntas.
Nullus honor thalamis, flammæue in nocte priores.
Da precor artificis blanda aſpiramina formæ
Ornatuſque tuos, terra cæloque potentes.
Senſit diua dolos, iam pridem ſponte requirens
Colchida, & inuiſi genus omne exſcindere Phœbi.

Tum

Tum vero optatis potitur,nec paſſa precari
Vlterius, dedit acre decus, fecundáque monſtris
Cingula:non pietas quibus,aut cuſtodia famæ,
Non pudor,at contra leuis,& feſtina cupido,
Affatúſque mali,dulciſque labantibus error,
Et metus,& demens alienáque cura pericli.
Omne ait imperium,natorúmque arma meorum
Cuncta dedi,quaſcunque libet,nunc concute mentes.
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia ſedis,
Chalciopen imitata ſono formáque ſororem.
Fulſit ab inuita numen procul,& pauor artus
Protinus,atque ingens Aeætida perculit horror.
Ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus inquit
Adueniſſe ſoror,nec noſtro ſola parenti
Scis ſocias iunxiſſe manus. at cetera muros
Turba tenet,fruitúrque virûm cæleſtibus armis.
Tu thalamis ignaua ſedes,tu ſola paterna
Fixa domo,tales quando tibi cernere reges?
Illa nihil contra. nec enim dea paſſa,manúmque
Implicat,& rapidis mirantem paſſibus aufert.
Ducitur infelix ad mœnia ſumma,futuri
Neſcia virgo mali,& falſa commiſſa ſorori.
Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipue quis vita breuis,totúſque parumper
Floret honor,fuſcis & iam Notus imminet alis.
Hanc reſidens altis Hecate Perſeïa lucis
Flebat,& has imo referebat pectore voces.
Deſeris,heu,noſtrum nemus,æqualéſque cateruas
Ah miſera,vt Graias haud ſponte vageris ad vrbes,
Non iniuſſa tamen,neque te mea cura relinquam,
Magna fugæ monimenta dabis: ſpernere nec vſquam
Mendaci captiua viro,méque ille magiſtram

Sentiet,

Sentiet,& raptu famulæ doluiſſe pudendo.
Dixerat: aſt illæ murorum extrema capeſſunt,
Defixæ'que virûm lituûm'que fragoribus horrent.
Quales inſtanti nimborum frigore mæſtæ
Succedunt ramis, herent'que pauore volucres.
Iam'que Getæ, iam'que omnis Iber, Drancæaq́; denſa
Strage cadit legio,& latis proſternitur aruis.
Semineces'que duces inter ſua tela, ſuos'que
Inter equos ſæuam miſero luſtramine verſant
Congeriem,& longis campos ſingultibus implent.
Victores patrium contra Pæana Geloni
Congeminant, eadem redeunt mox gaudia victis:
Qua deus & melior belli reſpexit imago.
Quis tales obitus dederit? quis talia facta
Dic age, tu'que feri reminiſcere muſa furoris.
Abſyrtus clypei radijs, curru'que coruſcus
Solis aui, cuius vibrantem comminus haſtam
Cernere, nec galeam gentes potuere minantem:
Sed trepidæ redeunt,& verſo vulnera tergo
Accipiunt, magnis'que fugam clamoribus augent.
Proterit impulſu grauis agmina, corpora'que atris
Sternit equis, gemitus'que premit ſpirantis acerui.
Nec leuior comitatur Aron, horrentia cuius
Diſcolor arma ſuper, ſqualentes'que ære lacertos
Barbarica chlamys arcet acu, tremefacta'que vento
Implet equum. qualis roſeis it lucifer alis,
Quem Venus illuſtri gaudet producere cælo.
At non inde procul Ramelus,& acer Otaxes
Diſpulerant Colchos, pariter'que inglorius armis
Fraude noua ſtabula, & furtis adſuetus inultis
Depopulare greges, frontem cum cornibus auxit
Hiſpidus, in'que dei latuit terrore Lycæi.
Hac tunc attonitos facie defixerat hoſtes.

Quem

Quem ſimul ignota formidine bella mouentem
Vidit Aron, pauidos te, inquit, nunc rere magiſtros,
Et ſtolidum petiiſſe pecus. non paſcua, nec bos
Hic tibi, nocturnis mitte hæc ſimulacra rapinis,
Ne'ue deum mihi finge, deus quoque conſere dextram.
Sic ait, intentá que aditum miſſile planta
Dirigit, & laxis patuerunt vulnera villis.
Nec minus Aeolij proles Aeætia Phryxi
Fertur & ipſa furens, ac ſe modo læta Cytæis
Agminibus, modo cognatis oſtentat Achiuis.
Atque hos in medio duri diſcrimine belli,
Laudibus in'que ipſis gaudens vbi vidit Iaſon,
Macte ait o noſtrum genus, & iam certa propago,
Aeoliæ nec opina domus: ſat magna laborum
Dona fero, ſatis hoc viſu quæcunque rependo.
Dixit, & in Sueten, magni'que in fata Ceramni
Emicuit, clypeum'que rotans, hunc poplite cæſo
Deiicit, illum aperit lato per pectus hiatu
Argus. vtrumque ab equis ingenti porrigit ictu
Et Zacorũ & Phalcen, peditẽ pedes haurit Amaſtrũ.
Sanguinis ille globos, effuſá'que viſcera geſtat
Barbarus, & caſſa frendens ſublabitur ira.
Dat Calais Bariſanta neci, ſemper'que propinquas
Riphea venali comitantem ſanguine pugnas.
Centum læta hominum bellator corpora, centum
Pactus equos, his ille animam lucem'que rependit
Crudelis. tandem dulces iam caſſus in auras
Reſpicit, ac nulla cælum reparabile gaza.
Labitur intortos per tempora cærula crines,
Tunc quoque materna velatus arundine Peucon.
At genetrix imis pariter Mæotis ab antris
Impleuit plangore lacus, natum'que vocauit,
Iam non per ripas, iam non per curua volantem

Stagna, nec in medio truncantem marmore ceruos.
Eurytus Exhomatas agit æquore. Neſtoris haſtæ
Immoritur primæuus Helix,nec reddita caro
Nutrimenta patri,primis ereptus in annis.
At Latagum Zeten'que Daraps: illum exigit haſta.
Hunc fugit,ingentem ſubiti cum ſanguinis vndam
Vidit,& extremo lucentia pectora ferro.
Ecce autem muris reſidens Medea paternis,
Singula dum magni luſtrat certamina belli,
Atque hos ipſa procul denſa in caligine reges
Agnoſcit,quærit'que alios Iunone magiſtra,
Conſpicit Aeſonium longe caput,ac ſimul acres
Huc oculos,ſenſus'que refert,animum'que fauentem.
Nunc quo ſe raperet,nunc quo diuerſus abiret
Ante vidēs,quot'que vnus equos,quot funderet arma,
Orantes'que viros quàm denſis ſterneret haſtis,
Quá'que iterum tacito ſparſit vaga lumina vultu
Aut fratris quærens,aut pacti coniugis arma,
Sæuus ibi miſeræ,ſolus'que occurrit Iaſon.
Tunc his germanam aggreditur (ceu neſcia) dictis.
Quis precor hic,toto iam dudum feruere campo
Quem tueor,quem'que ipſa vides?nā te quoque tali
Attonitam virtute reor?contra aſpera Iuno
Reddit agens ſtimulis,ac diris fraudibus vrget.
Ipſum,ait, Aeſoniden cernis ſoror,æquore tanto
Debita cognati repetit qui vellera Phryxi.
Nec nunc laude prior generis,nec ſanguinis vſquam.
Aſpicis vt Minyas inter,proceres'que Cytæos
Emicet effulgens,quantis'que inſultet aceruis.
Et iam vela dabit,iam litora noſtra relinquet,
Theſſaliæ felicis opes,dilecta'que Phryxo
Rura petens,eat atque vtinam, ſuperet'que labores.
Tantum effata,magis campis intendere ſuadet,

Dum

Dum datur, ardentesq́ue viri percurrere pugnas.
At ſimul hanc dictis, illum dea Marte ſecundo
Impulit, atque nouas egit ſub pectora vires.
Ora ſub excelſo iam dudum vertice coni
Sæua micant, curſusq́ue ardeſcit, nec tibi Perſe,
Nec tibi virgo iubæ lætabile ſidus Achiuæ.
Acer vt autumni canis, iratóque vocati
Ab Ioue fatales ad regna iniuſta cometæ.
Nec ſua Crethiden latuit dea, vimq́ue recentem
Sentit agi membris, ac ſe ſuper agmina tollit,
Quantus vbi ipſe gelu, magnóque incanuit imbre
Caucaſus, & ſummas abijt Hibernus in arctos.
Tunc vero ſtabulis qualis leo ſæuit opimis
Luxurians, ſpargitq́ue famem, mutatq́ue cruores.
Sic neque parte ferox, nec cæde moratur in vna,
Turbidus inq́ue omnes pariter furit. ac modo ſæuo
Enſe, modo infeſta rareſcunt cuſpide pugnæ.
Tunc & terrificis ſudantem cruribus Oebrum,
Et Geticum Priona ferit. caput eripit Anchi
Brachiáque, & vaſtis voluendum mittit arenis.
At genitus Ioue complerat ſua fata Colaxes.
Iamq́ue pater mæſto contriſtat ſidera vultu,
Talibus ægra mouens nequidquam pectora curis.
Hei mihi ſi dura natum ſubducere ſorti
Molior, atque meis auſim confidere regnis.
Frater adhuc Amyci mæret nece, cunctáque diuûm
Turba fremunt, quorum nati cecidere, cadentq́ue.
Quin habeat ſua quemque dies. cunctiſq́ue negabo,
Quæ mihi. ſupremos miſero ſic fatus honores
Congerit, atque animis moriturum ingentibus implet.
Ille volat campis, immenſáque funera miſcet
Per cuneos, velut hiberno proruptus ab arcu
Imber agens ſcopulos, nemorumq́ue operumq́; ruinas.

Donec ab ingenti bacchatus vertice montis
Frangitur,in'que nouum paullatim deficit amnem.
Talis in extremo proles Iouis emicat æuo,
Et nunc magnanimos Hypetaona Geſithoum'que.
Nunc Arinem,Nolbumq; necat. iam ſaucius Aprex,
Et deſertus equo Tydrum pedes excidit haſta
Phaſiaden, pecoris cuſtos de more paterni
Caucaſus ad primas genuit quem Phaſidis vndas.
Hinc puero cognomen erat, famulum'que ferebant
Phaſidis intonſo nequidquam crine parentes.
Iam'que alijs inſtabat atrox,cum diua ſupremas
Rumpit iniqua colus,victor'que aduenit Iaſon.
Excipit hunc ſæua ſic fatus voce Colaxes.
Vox Scythiæ ſaturare canes,Scythiæ'que volucres
Huc miſeri veniſtis ait,ſaxum'que prehenſum
Illius & dextræ geſtamen, & illius æui.
Concuſſa molitur humo, quod regia Iuno
Flexit ad ignotum caput,in fatum'que Moneſi.
Præceps ille ruit, nato non depulit ictus
Iupiter,Aeſoniæ vulnus fatale ſed haſtæ
Per clypeum,per pectus abit, lapſo'que cruentus
Aduolat Aeſonides,mortem'que cadentis acerbat.
Spargitur hinc,miſeris'que venit iam notus Alanis.
At regina virum (neque enim deus amouet ignem)
Perſequitur luſtrans,oculis'que ardentibus heret.
Et iam læta minus præſentis imagine pugnæ,
Caſtigat'que metus,& quas alit inſcia curas
Reſpiciens an vera ſoror,nec credere falſos
Audet atrox vultus,eadem'que in gaudia rurſus
Labitur, & ſæuæ trahitur dulcedine flammæ.
Ac velut ante comas,ac ſumma cacumina ſiluæ
Lenibus alludit flabris leuis Auſter: at illum
Protinus immanem miſeræ ſenſere carinæ.

Talis

Talis ad extremos agitur Medea furores.
Interdum blandæ direpta monilia diuæ
Contrectat, miſeróque aptat flagrantia collo.
Quáque dedit teneros aurum furiale per artus
Deficit, ac ſua virgo deæ geſtamina reddit.
Non gemmis, non illa leui turbata metallo,
Sed facibus, ſed mole dei, quem pectore toto
Iam tenet, extremus roſeo pudor errat in ore.
Ac prior his: credíſne patrem promiſſa daturum,
O ſoror, Argolicus cui dijs melioribus hoſpes
Contigit? aut belli quantum iam reſtat acerbi?
Heu quibus ignota ſeſe pro gente periclis
Obijcit. hæc ſtantem medio in ſermone reliquit
Incœpti iam Iuno potens, ſecuráque fraudis.
Imminet at celſis audentius improba muris
Virgo, nec ablatam ſequitur, quærítue ſororem.
At quoties vis dira ducum, denſique repente
Aeſoniden preſſere viri, cúmque omnis in vnum
Imber ijt, toties ſaxis pulſatur, & haſtis.
Primáque ad infeſti Lexanoris horruit arcus.
Alta ſed Aeſonium ſupra caput exit arundo,
Téque Caice petit. coniunx miſeranda Caico
Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.
Regius Eois Miraces interpres ab oris
Venerat, vt Colchos procul atque Aeætia Parthis
Fœdera donato non irrita iungeret auro.
Tum iuuenem terris Parcæ tenuere Cytæis,
Ac ſubiti Mauortis amor, ſimul armiger ibat
Semiuir, impubémque gerens, ſterilémque iuuentam
Ipſe pharetratis reſidens ad frena tapetis,
Nunc leuis infeſto procurrit in agmina curru,
Nunc fuga conuerſas ſpargit mentita ſagittas.
At viridem gemmis, & Eoæ ſtamine ſiluæ

Subligat extrema patriam ceruice tiaram
Inſignis manicis, inſignis acinace dextro.
Improba Barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.
Nec latuere diu ſæuum ſpolia illa Syenem,
Per'que leuem & multo maculatam murice tygrin
Concita cuſpis abit, ſubitos ex ore cruores
Saucia tygris agit, vitam'que effundit herilem.
Ipſe puer fracto pronum caput implicat arcu.
Sanguine tunc atro chlamys ignea, ſanguine vultus
Et grauidæ maduere comæ, quas flore Sabæo
Nutrierat, liquido'que parens ſignauerat auro.
Qualem ſi quis aquis, & fertilis vbere terræ
Educat, ac ventis oleam felicibus implet.
Iam videt & primam tenero de vertice frondem
Cum ſubito immiſſis præceps aquilonia nimbis
Venit hiems, nigra'que euulſam extendit arena.
Haud ſecus ante vrbem Miraces, atque ipſius ante
Virginis ora cadit: ſed non magis illa mouetur,
Vnius ægra metu, quàm te Meleagre furentem,
Quàm Talaum videt, aut pugnas miratur Acaſti.
At ſatis hos ipſæ gentes, campi'que videbant
Tempeſtate pari verſis incumbere turmis.
Ante oculos fuga fœda ducum, largus'que cadentum
Et cruor, & currus dominis ingentibus orbi.
Non tulit hos Perſes gemitus, cladem'què ſuorum,
Terga'que verſa tuens: his cælum queſtibus implet.
Quid me iam patrijs eiectum ſedibus iſtas
Vt ſtruerem pugnas, Scythiam'que in bella mouerem
Vos ſuperi, vos augurio iuſſiſtis inani?
Quid fratris meritas tua Iupiter omina pœnas
Promiſere mihi? nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia, & tantas coniungere vires.
Sæua quidem lucis miſeris mora: dent tamen oro,

Vnum illum mihi fata diem,quo fallere Achiuos
Quiſque velit, quoque hũc videam virtute ſuperbum
Aeſoniden,tantos flentem ſine honore labores.
Dixerat hæc,pectuſq́ue ſuis euerberat armis,
Et galeam fletu,galeam ſingultibus implet.
Ibat & in medij præceps incendia belli,
Ni prior aduerſis Pallas vidiſſet ab armis.
Et ſecum,ruit ecce ferox in funera Perſes,
Quem genitor Colchis, ſolioq́ue reponere fratris
Iam ſtatuit,noſtra vereor ne fraude peremtum
Increpet,& culpam hanc magno terrore rependat.
Hæc dicens atro nebulam diffundit amictu,
Stridenteſq́ue viri circum caput amouet haſtas.
Ille ſuper ſocias clementi turbine gentes
Erigitur,paullumq́ue leui raptatus in æthra.
Iam tandem extremas pugnæ defertur in oras:
Forte vbi ferus Iber,Eſſedoniæq́ue phalanges
Marte calent,ſoliſq́ue iuuant clamoribus agmen.
Nox ſimul aſtriferas profert mortalibus vmbras,
Et cadit extemplo belli fragor: ægraq́ue muris
Digreditur,longum virgo perpeſſa timorem.
Vt fera Nycteli paulliſper ſacra reſiſtunt:
Mox rapuere deum iam iam quocunque paratæ
Thyades: haud alio remeat Medea tumultu,
Atque inter Graiũmq́ue acies, patriaſq́ue phalanges
Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis,
Armaq́ue,quiq́ue caua ſupereſt de caſſide vultus.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER SEPTIMVS.

TE QVOQVE *Theſſalico iam ſerus ab hoſpite veſper*
Diuidit, & te iam tua gaudia virgo relinquunt.
Nox'que ruit, ſoli veniens non mitis amanti.
Ergo vbi cunctatis extremo in limine plantis
Contigit ægra thoros, & mens incenſa tenebris,
Vertere tunc varios per longa inſomnia queſtus,
Nec pereat quo ſcire malo, tandem'que fateri
Auſa ſibi paullum medio ſic fata dolore eſt.
Nunc ego quo caſu, vel quo ſic peruigil vſque
Ipſa volens errore trahor? non hæc mihi certe
Nox erat ante tuos iuuenis fortiſſime vultus,
Quos ego cur iterum demens iterum'que recordor
Tam magno diſcreta mari? quid in hoſpite ſolo
Mens mihi? cognati potius iam vellera Phryxi
Accipiat, quæ ſola petit, quæ'que vna laborum
Cauſſa viro: nam quando domos has ille reuiſet?
Aut meus Aeſonias quando pater ibit ad vrbes?
Felices medijs qui ſe dare fluctibus auſi,
Nec tantas timuere vias, talem'que ſequuti
Hunc qui deinde virum, ſed ſic quoque talis abito.
Iam iactata thoro, tum'que exſpectata cubili
Ecce videt tenui candeſcere limen Eoo.
Nec minus inſomnem lux orta reficit amantem,
Quàm cum languentes leuis erigit imber ariſtas.
Grata'que iam feſſis deſcendunt flamina remis.
At ſua longarum Minyas iam cura viarum

Admo-

Admonet, in'que ipſo nequidquam tempore regem
Lætitiæ, meriti'que petunt, quem paſſus Iaſon
Vota prius, captas'que deis accendere prædas.
Prominet, atque oculos longe tenet, aurea ſi iam
Pellis, & oblatis clareſcant atria villis.
Ille autem iam iam vultus, voces'que paratas
Ante aperit, rumpit'que moras, in'que ipſa morantis
Proſilit ora viri, tali'que effunditur ira.
Orbe ſatos alio, ſua litora regna'que habentes
Quis furor has medijs tot fluctibus egit in oras?
Quis'ue mei vos tantus amor? tu prima malorum
Cauſſa mihi tu Phryxe gener, non te æquore merſum
Quo ſoror, vt felix nullos nunc nomine Graios
Noſſem ego, quis regũ Pelias? quis Theſſalus, aut quæ
Græcia? quod nam hominũ cerno genus? aut vbi cautes
Cyaneæ? venit Scythicas en hoſpes in oras.
Quinquaginta Aſiam (pudet heu) penetrarit Iaſon
Exſulibus, me'que ante alios ſic ſpreuerit vna
Vna ratis, ſpolium vt viuo de rege reportet.
Ipſum offerre meos, ipſum me pandere lucos
Imperet, & nullo dignetur vincere bello.
Cur age non templis ſacrata auellere dona
Omnibus, atque ipſas gremijs abducere natas
Prædo libet? vobis'ne domos, vobis'ne parentes
Eſſe putem? ratis infandis quos ſola rapinis
Sæua'que paſcit hiems, & quos (credamus vt ipſis)
Rex ſuus illiſit pelago, vetuit'que reuerti.
Scilicet Aeoliæ pecudis potiretur vt auro,
Ante meus cæſa deſcendet Caucaſus vmbra,
Ac prius Aemonias repetet ſuper æquora prædas:
Haud ego cum vittis ſtatui feralibus Hellen.
Si tamen his aliter perſtas non cedere terris,
Te'que pudor caſſi reditus mouet, ac latet vna

Neſcio quid plus puppe viris,haud ipſe morabor
Quæ petitis:modo noſtra prior tu perfice iuſſa.
Martius ante vrbem longis iacet horridus annis
Campus,& ardentes ac me quoque vomere preſſo
Me quoque cunctantes interdum agnoſcere tauri.
His magis atque magis rabiem nunc noſtra ſenectus
Luxuriem´que dedit,ſolito´que ſuperbior ignis
Ore fremit,ſuccede meæ fortiſſime laudi,
Et noſtros recole hoſpes agros. nec ſemina deerunt,
Quæ prius ipſe dabam,& meſſes quas ſolus obibam.
Conſilijs nox vna ſatis,tecum´que retracta,
Cum´que tuis hæc iuſſa deis. ac ſiquid in iſto eſt
Robore,prædicti venies in rura laboris,
Ipſe incertus adhuc tenebris te protinus illis
Inuolui,flammis´que velim durare parumper,
An magis euerſo iacias dum ſemina campo,
Ac tibi Cadmæi dum ſeminis exeat hydri
Miles, & armata floreſcant pube nouales.
Filia prima trucis vocem mirata tyranni
Heſit,& ad iuuenem pallentia rettult ora,
Contremuit´que metu,ne neſcius audeat hoſpes,
Se´que miſer ne poſſe putet. perſtrinxerat horror
Ipſum etiam,& mæſta ſtabat defixus in ira.
Non ita Tyrrhenus ſtupet, Ionius´que magiſter,
Quj portus Tyberite tuos,claram´que ſerena
Arce Pharon,præceps ſubijt nuſquã hoſtia,nuſquam
Auſoniam videt,& ſauas adcedere ſyrtes.
Tum tamen infando quæ det reſponſa tyranno
Colligit,& tandem obtutu conſurgit ab alto.
Non ait hos reditus,non hanc Aeata dediſti
Spem Minyis:cum prima tuis pro mœnibus arma
Induimus. quo verſa fides?quos veſtra volutant
Iuſſa dolos?alium hic Pelian,alia æquora cerno.

Quin

Quin agite hoc omnes, odijs'que vrgete tyranni
Imperijs'que caput, quanquam mihi dextera, nec ſpes
Deſuerit mox iuſſa pati, nec cedere duris.
Vnum oro, ſeu me illa ſuis ſeges obruet haſtis,
Hauriet aduerſo ſeu craſtinus ignis hiatu,
Nuncius hinc ſæuas Peliæ mittatur ad aures
Hic periſſe viros, & me ſi veſtra fuiſſet
Vlla fides, reducem patriæ potuiſſe referri.
Talibus attonitos dictis natam'que, patrem'que
Linquit, & infida præceps prorumpit ab aula.
At trepida, & medios inter deſerta parentes
Virgo ſilet, nec fixa ſolo ſeruare parumper
Lumina, nec potuit mæſtos non flectere vultus:
Reſpexit'que fores, & adhuc inuenit euntem.
Viſus & heu miſeræ tunc pulcrior hoſpes amanti
Diſcedens: tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum, atque ipſos paullum procedere poſtes
Optat, & ardentes tenet inter limina greſſus.
Qualis vbi extremas Io vaga ſentit arenas,
Fert'que, refertq; pedem, tumido quam cogit Erinnys
Ire mari, Phariæ'que vocant trans æquora matres:
Circuit haud aliter, foribus'que impendet apertis
An melior Minyas reuocet pater, ora'que quærens
Hoſpitis, aut ſolo mæret defecta cubili:
Aut venit in caræ gremium, refugit'que ſororis.
Atque loqui conata ſilet, rurſus'que recedens
Quærit, vt Aeæis hoſpes conſederit oris
Phryxus, vt aligeri Circen rapuere dracones.
Tum comitum viſu fruitur miſeranda ſuarum,
Expleri'que nequit, ſubito'que parentibus heret
Blandior, & patriæ circumfert oſcula dextræ:
Sic aſſueta thoris, & menſæ dulcis herili
Aegra noua iam peſte canis; rabie'que futura

Ante

Ante fugam totos luſtrat queribunda penates.
Tandem etiam molli ſeſe ſemel increpat ira.
Pergis, ait, demens? té que illius angit imago
Curá que? qui profuga forſan tenet alta carina,
Quí que meum patrias referet nec nomen ad vrbes.
Quid me autem ſic ille mouet, ſuperét ne labores,
An cadat, & tanto turbetur Græcia luctu?
Saltem fata virum ſi iam ſuprema ferebant
Iuſſus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
O vtinam & tandem non hac moreretur in vrbe:
Namque & ſidereo noſtri de ſanguine Phryxi
Dicitur, & caram vidi indoluiſſe ſororem.
Sé que ait has iuſſis actum miſer ire per vndas.
Aut redeat quocumque modo, mé que iſta precari
Neſciat, atque meum non oderit ille parentem.
Dixerat hæc: ſtrató que graues proiecerat artus.
Si veniat miſerata quies, cum ſæuior ipſe
Turbat, agít que ſopor, ſupplex hinc ſternitur hoſpes,
Hinc pater. illa noua rumpit formidine ſomnos,
Erigitúr que thoro: famulas, carós que parentes
Agnoſcit, modo Theſſalicas raptata per vrbes.
Turbidus vt pœnis, cæcís que pauoribus enſem
Corripit, & ſæuæ ferit agmina matris Oreſtes.
Ipſum angues, ipſum horriſoni quatit ira flagelli.
Atque iterùm infeſtæ ſe feruere cæde lacenæ
Credit agens, falſá que redit de ſtrage dearum
Feſſus, & in miſeræ collabitur ora ſororis.
His vbi nequidquam nutantem Colchida curis
Iuno videt, nec dum extremo parere furori,
Non iam mentitæ vultum, vocém que reſumit
Chalciopes, quando ardor hebet, leuiór que pudori
Mens' que obnixa malo, tenues ſublimis in auras
Tollitur, & fuluo Venerem veſtigat olympo.

Sum

Sum memor, vt totum mecum partita laborem,
Illa nimis ſed dura manet, conuerſáque in iram,
Et furias dolet, ac me nunc furiata reliquit.
I, precor, atque iſtum (quo me fruſtratur) amorem
Vince precor, patrijs vt tandem euadere tectis
Audeat, atque meum caſu defendere ab omni
Aeſoniden. quin illa ſacro quo freta veneno,
Illum etiam totis adſtantem noctibus anguem,
Qui nemus omne ſuum, quíque aurea (reſpice porro)
Vellera tot ſpiris circum tot ductibus implet:
Soluat, & in ſomnos ingenti ſoluat ab orno.
Hæc tibi, non furijs, atque ipſi cetera mando.
Tum Venus aligerûm mater ſic fatur amorum.
Nec tibi cum primos aggreſſa es flectere ſenſus
Virginis, ignotáque animum contingere cura
Deſuimus, data continuo quòd cingula ſoli
Noſtra tibi, quis mota loco, labefactáque ceſſit.
Haud ſatis eſt, ſed me ipſum opus, & cũctantia poſcũt
Pectora me dubiúſque pudor, iam fœdera faxo
Aeſonij petat ipſa viri, metuátque morari.
Tu face letiferæ citus ad delubra Dianæ
Deueniat, ſacras ſolita eſt vbi fundere tedas
Colchis, & æquali dominam luſtrare caterua.
Nec te nunc Hecates ſubeat metus, aut mea ſorte
Impediat, nunc acta time, quin audeat, opto.
Continuo tranſibit amor, cantúque trilingui
Ipſam flammiferos cogam compeſcere tauros,
Amplexúque peti. volucrem tunc aſpicit Irin,
Feſtinámque iubet monitis parere Diones,
Et iuuenem Aeſonium prædicto ſiſtere luco.
Protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petiuit
Colchida: Caucaſeis ſpeculatrix Iuno reſedit
Rupibus, attonitos Aeæa in mœnia vultus

Spéque

Spe'que metu'que tenens, & adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus proſpexerat arces.
Virginis ecce nouus mentem perſtringere languor
Incipit. ingeminant commotis queſtibus æſtus.
Ergo iterum ſenſus varios ſuper hoſpite voluens
Mæret, & abſenti nequidquam talia fatur.
Si tibi Theſſalicis, nunc ſi tua ſorte venenis
Mater, & heu ſi qua eſt, poſſet ſuccurrere coniunx:
Quid'ue tuos virgo poſſim niſi flere labores?
Hoc ſatis, ipſa etiam caſus ſpectare ſupremos,
Atque iterum dura cogar comes eſſe ſorori.
Et nunc ille ſua non quemquam ſorte moueri,
Non vllum meminiſſe putat: cum'que omnibus odit
Me quoque: ſi quando fuerit tamen vlla poteſtas,
Illum ego qui diris cinis vltimus hæſerit aruis,
Oſſa'que, quis tauri, ſæuus'que pepercerit ignis,
Componam, ſedem'que dabo. fas tunc mihi manes
Dilexiſſe viri, tumulo'que has reddere curas.
Dixerat: ecce thoro Venus improuiſa reſedit:
Sic vt erat mutata deam, mentita'que pictis
Veſtibus, & magica Circen Titanida virga.
Ipſa velut lenti fallatur imagine ſomni
Sic oculos incerta tenet, magni'que ſororem
Paullatim putat eſſe patris. tum flebile gaudens
Proſiluit, ſæua'que vltro tulit oſcula diuæ.
Ac prior. o tandem vix tandem reddita Circe
Dura tuis, quæ te biiugis ſerpentibus egit
Hinc fuga? quæ'ue fuit patriis mora gratior oris?
Ante & Theſſalicæ Phaſin petiere carinæ?
Per'que tot infelix fruſtra vada venit Iaſon,
Quam patriæ te mouit amor? tum cetera rumpit
Occurrit'que Venus: tu nunc mihi cauſſa viarum.
Sola tuæ venio (iam pridem ignaua) iuuentæ.

Cetera

Cetera parce queri, neu me meliora ſecutam
Argue: quippe etiam repetentur munera diuûm.
Omnibus hunc potius communem animãtibus orbem,
Communes & crede deos, patriam inde vocato,
Qua redit it'que dies: nec nos dijs nata malignis
Cluſerit hoc vno ſemper ſub frigore meſſis.
Fas mihi non habiles? & fas tibi linquere Colchos?
Et nunc Auſonij coniunx ego Regia Pici.
Nec mihi flammiferis horrent tibi paſcua tauris,
Me'que vides Tuſci dominam maris: at tibi qui nam
Sauromatæ miſeranda proci? cui vadis Ibero?
Hei mihi vel ſæuo coniunx non vna Gelono?
Illa deæ contra iam dudum ſpernere voces.
Non ita me immemorem magnæ Perſeidos, inquit,
Cernis, vt infelix thalamos ego cogar in illos.
I, precor, atque vnum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miſeram (quoniam potes) eripe curis.
Vnde metus eſt vſque mihi, quæ'que aſpera mater
Perpetior duræ iam dudum incendia mentis.
Nulla quies animo, nullus ſopor: ardua amanti
Quære malis noſtris requiem, mentem'que repone.
Redde diem, noctem'que mihi, da prendere veſtes
Somniferas, ipſa'que oculos componere virga.
Tu quoque nil mater prodes mihi, fortior ante
Sola fui: triſtes thalamos, infeſta'que cerno
Omnia, vipereos ipſi tibi ſurgere crines.
Talia verba dabat, collapſa'que flebat iniquæ
In Veneris Medea ſinus, peſtem'que latentem
Oſſibus, atque imi monſtrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus, & furialia figit
Oſcula, permiſtum'que odijs inſpirat amorem.
Dum'que illam varijs mærentem vocibus ambit,
In'que alio ſermone tenet; quin hoc, ait, audi,

Atque attolle genas, lacrymiſq́ue hæc infit obortis.
Cum leuis a ſuperis ad te modo laberer auris,
Forte ratem primo fugientem litore cerno:
Qualem noſtra ſuo nunquam dimittere portu
Vellet, adhuc omnes quæ detinet inſula nautas.
Vnus ibi ante alios, qui tum mihi pulcrior omnis
Viſus erat, longéque ducem mirabar, & ipſe
Aduolat, atque vnam comitum ratus eſſe tuarum.
Per tibi ſi quis, ait, morituri protinus horror,
Et quem non meritis videas occurrere monſtris,
Hæc precor, hæc dominæ referas ad virginis aurem,
Tu fletus oſtende meos: illi has ego voces
Qua datur, hasq́ue manus vt poſſum a litore tendo.
Ipſæ, ego quas mecum per mille pericula traxi,
Defecere deæ, ſpes & via ſola ſalutis
Quam dederit, ſi forte dabit, ne vota repellat
Ne mea, totq́ue animas, quales nec viderit vltra,
Dic precor auxilio iuuet, atque hæc nomina ſeruet.
Si Pelopis duros prior Hippodamia labores
Expediit, totq́ue ora ſimul iugulata procorum
Reſpiciens, tandem patrios exhorruit axes:
Si dedit ipſa neci fratrem Minoia virgo,
Cur non hoſpitibus fas ſit ſuccurrere dignis
Te quoque? & Aeæos iubeas miteſcere campos?
Occidat æterna tandem Cadmæia morte
Iam ſeges, & viſo ſpumantes hoſpite tauri.
Hei mihi quòd nullas hîc poſſum exſoluere grates.
Attamen hoc ſæua corpus de morte receptum,
Hanc animam ſciat eſſe ſuam, miſerebitur ergo
Dic ait, an potius, ſtrictumq́ue ruebat in enſem.
Promiſit (ne falle precor) cumq́ue ipſa mouerer
Alloquio, caſuq́ue viri, te paſſa rogari
Sum potius: tu laude noua, tu ſupplice digno

Dignior

Dignior. eſt & fama meis iam parta venenis.
Torſerat illa graui iam dudum lumina vultu
Vix animos, dextram'que tenens: quin ipſa loquentis
Iret in ora dea, tanta pudor æſtuat ira
Verba cauens. horror molles inuaſerat annos,
Iam'que thoro trepidas infelix obruit aures,
Nec quo ferre fugam, nec quo ſe vertere poſſet
Prenſa videt. rupta condi tellure, premi'que
Iam dudum cupit, ac duras euadere voces.
Illa ſequi iubet, & portis exſpectat in ipſis.
Sæuus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula
Deſerit, infectis per roſcida cornua victis;
Cum tenet ille deum, pudibunda'que tegmina patris
Tympana'que, & mollem ſubito miſer accipit haſtam:
Haud aliter deſerta pauet, per'que omnia circum
Fert oculos, tectis'que negat procedere virgo.
Contra ſæuus amor, contra periturus Iaſon
Vrget, & auditæ creſcunt in pectore voces.
Heu quid agat? videt externo ſe prodere patrem
Dura viro, famam celerum iam'que ipſa ſuorum
Proſpicit, & queſtu ſuperos, queſtu'que fatigat
Tartara: pulſat humũ, manibusq; immurmurat vncis
Noctis Heram, Ditem'que ciens; ſuccurrere tandem
Morte velint, ipſum'que ſimul demittere leto,
Quem propter furit, abſentem ſæuiſſima poſcit
Nunc Peliam, tanta iuuenem qui perderet ira.
Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artes.
Denegat, atque vna potius decernit in ira,
Ac neque tam turpi ceſſuram ſemper amori
Proclamat, neque opem ignoto, vires'que daturam.
Atque thoro proiecta manet: cum viſa vocari
Rurſus, & impulſo ſonuerunt cardine poſtes.
Ergo vbi neſcio quo penitus ſe numine vinci

Sentit,& abſciſſum quidquid pudor ante monebat,
Tum thalami penetrale petit,quæ maxima norat
Auxilia Hæmoniæ quærens pro rege carinæ.
Vt'que procul magicis ſpirantia tecta venenis,
Et ſæuæ patuere fores,oblatá'que contra
Omnia,quæ ponto, quæ manibus eruit imis,
Et quæ ſanguinea Lunæ diſtrinxit ab ira.
Tu ne ſequeris ait quidquam,aut patiere pudendũ?
Cum tibi tot mortis,ſceleris'que breuiſſima tanti
Effugia? hæc dicens qua non velocius vlla
Peſtiferam toto nequidquam lumine luſtrat,
Cunctatur'que ſuper,moriturá'que colligit iras.
O nimium iucunda dies,quam cara ſub ipſa
Morte magis ſtetit,& ſeſe mirata furentem eſt.
Occidis,heu primo potes hoc durare ſub æuo:
Nec tu lucis ait,nec videris vlla iuuentæ
Gaudia,nec dulces fratris pubeſcere malas.
Hunc quoque qui nunc eſt crudelis Iaſona neſcis
Morte perire tua,qui te nunc inuocat vnam:
Qui rogat,& noſtro quem primum in litore vidi.
Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras?
Tunc poteras'que iſtis iuuenem non perdere monſtris
Protinus,ipſa etiam (fateor) tunc ipſa volebam.
Teſtor cara tuas Circe Titania voces.
Te ducente ſequor. tua me grandæua fatigant
Conſilia,& monitis cedo minor. hæc vbi fata,
Rurſus ad Hæmonij iuuenis curam'que,metum'que
Vertitur: hunc ſolum propter ſe viuere gaudens,
Siue mori,quodcumque velit maiora precatur
Carmina, maiores Hecaten immittere vires,
Nunc ſibi,nec notis ſtabat contenta venenis.
Cingitur inde ſinus, & qua ſibi fida magis vis
Nulla, Promethea florem de ſanguine fibræ

Cauca-

Caucaſeum,tonitru nutritáque gramina promit
Quæ ſacer ille niues inter,triſtésque pruinas
Durat,editque cruor,cum viſcere vultur adeſo
Tollitur e ſcopulis,& roſtro irrorat aperto.
Idem nec longi langueſcit finibus æui
Immortale virens. idem ſtat fulmina contra
Sanguis,& in medijs floreſcunt ignibus herbæ.
Prima Hecate ſtygijs duratam fontibus Harpen
Intulit,& validas ſcopulis effodit ariſtas.
Mox famulæ monſtrata ſeges,quæ lampade Phœbes
Sub decima,iuga ſeta metit,ſæuitque per omnes
Relliquias,ſaniémque dei,gemit irritus ille
Colchidos ora tuens,totos tunc contrahit artus
Mente dolor,cunctáque tremunt ſub falce catenæ.
Talibus infelix contra ſua regna venenis
Induitur,noctíque tremens infertur opacæ.
Dat dextram,vocemq; Venus,blandisq; pauentem
Alloquijs,iunctóque trahit per mœnia paſſu:
Qualis adhuc teneros ſupremum pallida fetus
Mater ab excelſo produxit in aera nido,
Hortatúrque ſequi,breuibusq; inſurgere pennis.
Illos cærulei primus ferit horror olympi,
Iámque redire volunt,adſuetaq; quæritur arbor.
Haud alia Aeæa per mœnia deficit vrbis
Incedens,horrétque domos Medea ſilentes.
Hic iterum extremæ nequidquã in limine portæ
Subſtitit,atque iterum fletus,animíque ſoluti
Reſpexítque deam,paullúmque his vocibus heſit.
Ipſe rogat certe,méque ipſe implorat Iaſon.
Nulláne culpa ſubeſt? labes non vlla pudoris,
Nullus amor,nec turpe viro ſeruire precanti.
Illa nihil contra,vocéſque abrumpit inanes.
Et iam iam magico per opaca ſilentia Colchis

Cœperat ire ſono, monſtrata'que condere vultus
Numina, cum'que ſuis auerti collibus amnes.
Iam ſtabulis, gregibus'que pauor, ſtrepitusq; ſepulcris
Inciderat: ſtupet ipſa graui nox tardior vmbra.
Ipſa tremens longe ſequitur Venus. vt'que ſub altas
Peruenere trabes, diuæ'que triformis in vmbram;
Hic ſubito ante oculos non dum ſperatus Iaſon
Emicuit, vidit'que prior conterrita virgo.
Atque hic ſe profugam volucris Thaumantias alis
Suſtulit, inde Venus dextræ dilapſa tenenti.
Obuius vt fera cum ſe ſub nocte magiſtris
Impingit, pecori'que pauor: quales'ue profundum
Per Chaos occurrunt cæcæ ſine vocibus vmbræ:
Haud ſecus in medijs noctis, nemoris'que tenebris
Inciderant ambo attoniti, iuxta'que ſubibant
Abietibus tacitis aut immotis cypariſſis
Aſſimiles, rapidus non dum quas miſcuit auſter.
Ergo vt erat vultu defixus vterque ſilenti,
Nox'que ſuum peragebat iter, iam iam ora leuare
Aeſoniden, fari'que cupit Medea priorem.
Quam ſimul effuſis pauitantem fletibus heros,
Flagrantes'que genas vidit, miſerum'que pudorem:
Has tandem voces dedit, & ſolatus amantem eſt.
Fers'ne aliquam ſpem lucis, ait? miſerata laborem
Nempe venis? an & ipſa mea lætabere morte?
Ne precor infando ſimilem te virgo parenti
Geſſeris. haud tales decet inclementia vultus.
Haſcine nunc grates, hæc exſpectata laborum
Dona dari decuit? ſic te ſub teſte remitti
Fas mihi virgo tuum? iuſtas da vocibus aures.
Nec pater ille tuus tantis me opponere monſtris
(Quid meritum) aut tales voluit me pendere pœnas?
An iacet externa quod nunc mihi cuſpide cantus:

Quod-

Quod'que meus veſtris cecidit pro mœnibus Iphis,
Aut Scythiæ tanta inde manus, iuſſiſſet abire
Perfidus, atque ſuis extemplo cedere regnis.
Spem mihi promiſſam per quæ diſcrimina rurſus
Et reddat, qua lege vides: occumbere tandem
Poſſumus, id'que ſedet, quàm non quæcunque ſubire
Patris iuſſa tui. nunquam ſine vellere abibo
Hinc ego, degenerem nec me tu prima videbis.
Hæc ait: illa tremens, vt ſupplicis aſpicit ora
Conticuiſſe viri, iam'que & ſua verba repoſci:
Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
Quo'ue tenus, prima cupiens effundere voce
Omnia, ſed nec prima pudor dat verba timenti.
Heret, & attollens vix tandem lumina fatur.
Quid precor in noſtras veniſti Theſſale terras?
Vnde mei ſpes vlla tibi? tantos'que petiſti
Cur non ipſe tua fretus virtute labores?
Nempe ego ſi patrijs timuiſſem excedere tectis,
Occideras: nempe hanc animam pars ſæua manebat.
Funeris. en vbi Iuno, vbi nunc Tritonia virgo?
Sola tibi quoniam tantis in caſibus adſum
Externæ regina domus: miraris, & ipſa
Credo: nec agnoſcunt hæ nunc Aeætida ſiluæ.
Sed fatis ſum victa tuis. cape munera ſupplex
Nunc mea, te'que iterum Pelias ſi perdere quæret,
In'que alios caſus, alias te mittet ad vrbes;
Heu formæ ne crede tuæ. Titania iam'que
Gramina, Perſeas'que ſinu depromere vires
Cœperat, his iterum compellat Iaſona dictis.
Si tamen aut ſumtis aliquam ſpem ponis in armis,
Aut tua præſenti virtus educere leto
Si te forte poteſt, & iam nunc deprecor, hoſpes
Me ſine, & inſontem miſero dimitte parenti.

Dixerat:extemplo (neque enim matura ruebant
Sidera,& extremum ſuffixerat axe Bootem)
Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletú
Non ſecus ac patriam, pariter famam'que,decus'que
Obicit. ille manu ſubit,& vim corripit omnem.
Inde vbi facta nocens,& non reuocabilis vnquam
Ceſſit ab ore pudor, propior'que impleuit Erinnys,
Carmina nunc totos ſoluit, figit'que per artus
Aeſonide,& totum ſepteno murmure fertur
Per clypeum,atque viro grauiorem reddidit haſtam.
Iam'que ſui tauris languent abſentibus ignes.
Nunc age,& has,inquit,criſtas,galeamq́; reſume:
Quam modo funerea tenuit diſcordia dextra.
Hanc iace per medias, cum verteris æquora, meſſes
Protinus in ſeſe conuerſa furoribus ibit
Cuncta phalanx,atque ipſe fremens mirabitur,& me
Reſpiciet fortaſſe pater. ſic deinde locuta
Iam magis atque magis mentem ſuper alta ferebat
Aequora,pandentes Minyas iam vela videbat
Se ſine,tum vero extremo percuſſa dolore
Arripit Aeſoniden dextra,ac ſummiſſa profatur.
Sis memor oro mei,contra memor ipſa manebo
Crede tui:quando hinc aberis,dic quæſo?profundi
Quod cæli ſpectabo latus?ſed te quoque tangat
Cura mei quocunque loco, quoſcunque per annos.
Atque hunc te meminiſſe velis,& noſtra fateri
Munera,ſeruatum pudeat nec virginis arte.
Hei mihi,cur nullos ſtringunt tua lumina fletus?
An me mox merita morituram patris ab ira
Diſſimulas?te regna tuæ felicia gentis,
Te coniunx,nata'que manent:ego perdita obibo.
Nec queror,& pro te lucem quoque læta relinquam.
Protinus hoſpes ad hæc : tacitis nam cantibus illum

Flexe-

Flexerat, & ſimili iam dudum adflabat amore.
Tu'ne, ait, Aeſoniden quidquam te velle relicta
Credis, & vlla peti ſine te loca? redde tyranno
Me potius, recipe ingratos atque exue cantus.
Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem?
Si non & genitor te primam amplectitur Aeſon?
Te'que tuo longe fulgentem vellere gaudens
Spectat? & ad primos procumbit Græcia fluctus?
Reſpice ad has voces, & iam precor annue coniunx.
Per te quæ ſuperis, diuis'que potentior imis,
Per'que hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu,
Atque per has noſtri iuro diſcriminis horas,
Vnquam ego ſi meriti ſim noctis & immemor huius,
Si te ſceptra domum, ſi te liquiſſe parentes
Senſeris, & mea tum non hæc promiſſa videntem;
Tum me non tauros iuuet euaſiſſe, feros'que
Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipſis
Flamma, tua'que artes. nullus ſuccurrere contra
Ingrato queat, & ſi quid tu ſæuius ipſis
Adijcias, me'que in medio terrore relinquas.
Audijt, atque ſimul meritis periuria pœnis
Deſpondet, queſtus ſemper furor vltus amantis.
Hæc vbi dicta: tamen perſtant defixus vterque,
Et nunc ora leuant audaci læta iuuenta,
Ora ſimul toties dulces rapientia viſus
Deijcit hinc vultus æger pudor, & mora dictis
Redditur, ac rurſus conterret Iaſona virgo.
Accipe per domitis quæ deinde pericula tauris,
Et quis in Aeolio maneat te vellere cuſtos.
Non dum cuncta tibi (fateor) promiſſa peregi:
Sæuior ingenti Mauortis in arbore reſtat,
Crede labor, quem tanta vtinam fiducia noſtri
Sit mihi, nocturnæ'que Hecates, noſtri'que vigoris.

Dixerat: vt'que virum doceat, quæ monſtra ſuperſint,
Protinus immenſis recubantem anfractibus anguem
Turbat, & Hæmonij ſubito ducis obijcit vmbram.
Ille, quod haud alias, ſtetit, & trepidantia torſit
Sibila, ſe'que metu poſtquam ſua vellera circum
Suſtulit, atque omnis ſpiris exhorruit arbor:
Incipit inde ſequi, & vacuo furit ore per auras.
Quis fragor hic? quæ nam tantæ dic virgo ruinæ
Exclamat ſtricto Aeſonides ſtans frigidus enſe.
Illa trahit ridens, tandem'que ait angue repreſſo.
Hunc tibi poſtremum noſtri parat ira parentis,
Heu miſer, heu tantis iterum carpende periclis.
O vtinam vt nullo te ſim viſura labore,
Ipſam cæruleis ſqualentem nexibus ornum,
Ipſa'que peruigilis calcantem lumina monſtri.
Contingat vix deinde mori. ſic fata profugit,
Se'que ſub extremis in mœnia rettulit vmbris.
Et iam puniceo regem ſpes vana ſub ortu
Extulerat, quantis nox vana diremerit vndis
Aeſoniden, liber'ne freto iam vultus aperto,
Vt'que prius totum ſileat mare: dum'que ea longe
Explorare queat. contra venit Arcas Echion
Dicta ferens, iam Circæis Mauortis in agris
Stare virum, daret æripedes in prœlia tauros.
Et vocor en vltro dixit, ſpes'que addidit auſa.
Vos mihi nunc primum in flammas inuertite tauri
Aequora, nunc totas aperite, & voluite flammas.
Exeat Hæmonio meſſis memoranda colono,
Tu'que tuum partim Graium da nata draconem.
Ipſius aſpectu pereant, in vellera in ipſa
Terga mihi diros ſeruent infecta cruores.
Fatur, & effuſis pandi iubet æquora tauris.
Pars & Echionij ſubeunt immania dentis

Semi-

Semina: pars diri portant graue robur aratri.
At ſua magnanimum contra Pagaſea iuuentus
Proſequitur, ſtipat'que ducem: tum maxima quiſque
Dicta dedit, ſæuis'que procul diſceſſit in agris.
Fixerat ille gradus, toto'que ex agmine ſolus
Stabat, vt extremis deſertus ab orbibus axis:
Quem iam laſſa dies, Auſtri'que ardentis arenæ,
Aut quem Riphæas exſtantem rurſus ad arces
Nix, & cærulei Boreæ ferus abſtulit horror.
Cum ſubito attonitis longiſſima Phaſidis vnda,
Caucaſeæ'que trabes, omnis'que Aeætia tellus
Fulſit, & ardentes ſtabula effudere tenebras.
Ac velut ex vna ſi quando nube coruſci
Ira Iouis torſit geminos mortalibus ignes,
Aut duo cum pariter ruperunt vincula venti,
Dant'que fugam: ſic tunc clauſtris euaſit vterque
Taurus, & immani proflauit turbine flammas
Arduus, atque atro voluens incendia fluctu.
Horruit Argoæ legio ratis: horruit audax
Qui modo virgineis ſeruari cantibus Idas
Flebat, & inuito proſpexit Colchida vultu.
Non tulit ipſe moras, ſeſe'que immiſit Iaſon,
Diuerſos poſtquam ire videt, galeam'que minantem
Quaſſat, & errantem dextra ciet obuius ignem.
Vt tandem ſtetit, & torto ſe lumine flexit,
Qui prior aduerſi reſpexit Iaſonis arma,
Cunctatus paullum ſubito furit: æquora non ſic
In ſcopulos irata ruunt, eadem'que recedunt:
Facta retro; bis fulmineis ſe flatibus infert,
Obnubit'que virum: ſed non incendia Colchis
Aſpirare ſinit, clypeo'que illiditur ignis
Frigidus, & viſo palleſcit flamma veneno.
Incitat Aeſonides dextram, atque ardentia mittit

 Cornua,

Cornua, dein totis propendens viribus heret.
Ille virum atque ipſam tunc te Medea recuſans
Concutit, & tota nitentem cornibus ira
Portat iners, tandem grauius mugire recedens
Incipit, & fiſſo victus deſcendere cornu.
Reſpicit hinc ſocios immania vincula poſcens
Aeſonides, iam'que ora premit, trahitur'que trahitq́;,
Obnixus'que genu ſuperat, cogit'que trementes
Sub iuga ahena toros. alium dehinc turbida Colchis
Exarmat, lentum'que offert, timide'que minantem.
Iam'que propinquanti noctem implicat, ille fatiſcens
In caput, in'que humeros ipſa vi molis & iræ
Proruit, inuadit, totus'que incumbit Iaſon
Deſuper, atque ſuis defixum flatibus vrget.
Vt'que dedit vinclis, validó'que obſtrinxit aratro,
Suſcitat ipſe genu, ſæuá'que agit inſuper haſta.
Non aliter medio quàm ſi telluris hiatu
Terga recentis equi, primum'que inuaſit habenis
Murmur, & in ſumma Lapithes apparuit oſſa:
Ille velut campos Libyes, ac pinguia Nili
Fertilis arua ſecet; plena ſic ſemina dextra
Spargere gaudet agris, onerat'que noualia bello.
Martius hic primum ter vomere fuſus ab ipſo
Clangor, & ex omni ſonuerunt cornua ſulco.
Bellatrix tunc gleba quati, pariter'que creari,
Armari'que phalanx, totis'que inſurgere campis.
Ceſſit, & ad ſocios paullum ſe rettulit heros
Opperiens, vbi prima ſibi daret agmina tellus
Aduerſo. vt ſummis iam rura recedere criſtis
Vidit, & infeſta vibrantes caſſide terras;
Aduolat, atque imo tellus qua proxima collo:
Nec dum humeri videre diem, prior enſe ſequaci
Aequat humo truncos, rutilum thoraca ſequentis,

Aut

Aut primas a matre manus premit obuius ante.
Nec magis aut illis, aut illis millibus vltra
Sufficit, ad diræ quam cum Tirynthius hydræ
Agmina Palladios defeſſus reſpicit ignes.
Ergo iter ad ſocias conuertere Colchidos artes,
Et galeæ nexus, ac vincula diſſipat imæ:
Cunctatur'que tamen, toti'que occurrere bello
Ipſe cupit, ſpes nulla datur, ſic vndique denſant
Terrigenæ, iam ſigna duces, clámor'que tubæ'que.
Iam'que omnes odere virum, iam'que omnia contra
Tela volant: tum vero amens diſcrimine tanto,
Quam modo Tartareo galeam Medea veneno
Infectam dederat, vſus'que armarat in illos,
In medios torſit conuerſa protinus haſtæ.
Qualis vbi attonitos mœſtæ Phrygas annua matris
Ira, vel exectos lacerat Bellona comatos:
Haud ſecus accenſus ſubito Medea cohortes
Implicat, & miſeros agit in ſua prœlia fratres.
Omnis ibi Aeſoniden ſterni putat. omnibus ira
Talis erat: ſtupet Aeœtes, vltro'que furentes
Ipſe viros reuocare cupit, ſed cuncta iacebant
Agmina, nec quiſquam primus ruit, aut ſuper vllus
Linquitur, atque hauſit ſubito ſua funera tellus.
Protinus in fluuium fumantibus euolat armis
Aeſonides: qualis Getico de puluere Mauors
Intrat equis, vrit'que grauem ſudoribus Hebrum,
Aut niger ex antris, rutili'que a fulminis æſtu
Cum furit, & Siculo reſpirat in æquore Cyclops.
Redditus hic tandem, ſocios'que amplexus ouantes.
Haud tam mendacem promiſſa repoſcere regem
Dignatur, nec ſi ipſe ſibi terga ingerat vltro
Qui pepigit, velit in pacem, dextram'que reuerti
Amplius, ambo truces, ambo abſceſſere minantes.

C. VA-

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER OCTAVVS.

AT TREPIDAM *in thalamis, & iam ſua facta pauentem,*
Colchida circa omnes pariter Furiæ'que, minæ'que
Patris habent, nec cærulei timor æquoris vltra,
Nec miſeræ terra vlla procul: quaſcunque per vndas
Ferre fugam, quancunque cupit iam ſcandere puppem,
Vltima virgineis tunc flens dedit oſcula vittis.
Quo'que fugit, complexa thoros, crinemq́;, genasq́;
Ante per antiqui carpſit veſtigia ſomni,
Atque hæc impreſſo gemuit miſeranda cubili.
O mihi ſi profugæ genitor nunc ille ſupremos
Amplexus Aeæta dares, fletus'que videres
Ecce meos, ne crede pater, non carior ille eſt:
Quem ſequimur. tumidis vtinã ſimul obruar vndis,
Tu precor hæc longa placidus mox ſceptra ſenecta
Tuta geras, melior'que tibi ſit cetera proles.
Dixit: & Hæmonio nunquam ſpernenda marito
Condita letiferis profert medicamina ciſtis,
Virgineos'que ſinus, ipſum'que monile venenis
Implicat, ac ſæuum ſuper omnibus addidit enſem.
Inde velut torto furiarum erecta flagello
Proſilit: attonito qualis pede proſilit Ino
In freta, nec parui meminit conterrita nati,
Quem tenet, extremum coniunx ferit irritus Iſthmon.
Iam prior in lucos curis vrgentibus heros
Venerat, & nemoris ſacra ſe nocte tegebat:
Tum quoque ſiderea clarus procul ora iuuenta.

Qualis

Qualis adhuc ſparſis comitum per luſtra cateruis
Latmius æſtiua reſidet venator in vmbra,
Dignus amore deæ, velatis cornibus, & iam
Luna venit: roſeo talis per nubila ductor
Implet honore nemus, talémque exſpectat amantem.
Ecce autem pauidæ virgo de more columbæ,
Quæ ſuper ingenti circumdata præpetis vmbra
In quemcunque tremens hominẽ cadit. haud ſecus illa
Acta timore graui mediam ſe miſit: at ille
Excepit, blandóque prior ſic ore locutus.
O decus in noſtros magnum ventura Penates,
Soláque tantarum virgo haud indigna viarum
Cauſſa reperta mihi, iam iam non nulla requiro
Vellera, téque meæ ſatis eſt vexiſſe carinæ.
Verum age, & hoc etiam, quando potes, adijce tantis
Muneribus, meritíſque tuis: namque aurea iuſſi
Terga referre ſumus. ſocios ea gloria tangit.
Sic ait: & primis ſupplex dedit oſcula palmis.
Contra virgo nouis iterum ſingultibus orſa eſt.
Linquo domos patrias te propter, opéſque meorum:
Nec iam nunc regina loquor, ſceptríſque relictis
Vota ſequor. ſerua hanc profugæ, prior ipſe dediſti,
Quam, ſcis nempe, fidem: Dij noſtris vocibus adſunt.
Sidera & hæc te, méque vident: tecum æquora, tecum
Experiar quaſcunque vias: modo ne quis abactam
Huc referat me forte dies, oculíſque parentis
Ingerat. hoc ſuperos, hoc te quoque deprecor hoſpes.
Hæc ait, atque furens rapido per deuia paſſu
Tollitur. ille heret comes, & miſeratur euntem,
Cum ſubito ingentem media inter nubila flammam
Conſpicit, & ſæua vibrantes luce tenebras.
Quis rubor iſte poli? quod tam lugubre refulſit
Sidus, ait? reddit trepido cui talia virgo.

Ipſius

Ipſius en oculos, & lumina torua draconis
Aſpicis: ille ſuis hæc vibrat fulgura criſtis.
Méque pauens contra ſolam videt, ac vocat vltro,
Ceu ſolet, & blanda poſcit me pabula lingua.
Dic age nunc, vtrum vigilanti, hoſtémque videnti
Exuuias auferre velis? an lumina ſomno
Mergitur, & domitum potius tibi tradimus anguem?
Ille ſilet, tantus ſubijt vt virginis horror.
Iámque manus Colchis, crinémque intenderat aſtris
Carmina Barbarico fundens pede, téque ciebat
Somne pater, ſomne omnipotens, te Colchis ab omni
Orbe voco, ínque vnum iubeo nunc ire draconem:
Quæ freta ſæpe tuo domui, quæ nubila cornu,
Fulmináque, & toto quidquid micat æthere: ſed nunc
Nunc age maior ades, fratríque ſimillime leto.
Te quoque Phryxææ pecudis fidiſſime cuſtos
Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
Quem metuis me ſtante dolum? ſeruabo parumper
Ipſa nemus, longum interea tu pone laborem.
Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro,
Nec dare permiſſa (quamuis iubet) ora quieti
Suſtinet, ac primi percuſſus nube ſoporis
Horruit, & dulces excuſſit ab arbore ſomnos.
Contra Tartareis Colchis ſpumare venenis,
Cunctáque letæi quaſſare ſilentia rami
Perſtat, & aduerſo luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguáque, manúque fatigat
Vim ſtygiam, ardentes donec ſopor occupat iras.
Iámque altæ cecidere iubæ, nutátque coactum
Iam caput, atque ingens extra ſua vellera ceruix.
Ceu refluens Padus, aut ſeptem proiectus in amnes
Nilus, & Heſperium veniens Alpheus in orbem.
Ipſa caput cari poſtquam Medea draconis

Vidit humi, fuſis circum proiecta lacertis;
Se'que, ſuum'que ſimul fleuit crudelis alumnum.
Non ego te ſera talem ſub nocte videbam
Sacra ferens, epulas'que tibi: nec talis hianti
Mella dabam, ac noſtris nutribam fida venenis.
Quàm grauida nunc mole iaces! quàm ſegnis inertem
Flatus habet! nec te ſaltem miſerande peremi,
Heu ſæuum paſſure diem: iam nulla videbis
Vellera, nulla tua fulgentia dona ſub vmbra.
Cede deo, in'que alijs ſenium nunc digere lucis
Immemor oro mei, nec me tua ſibila toto
Exagitent infeſta mari: ſed tu quoque cunctas
Aeſonide dimitte moras, atque effuge raptis
Velleribus. patrios exſtinxi noxia tauros:
Terrigenas in fata dedi: fuſum ecce draconis
Corpus habes: iam'que omne nefas, iam ſpero peregi.
Quærenti tunc deinde viam, qua ſe arduus heros
Ferret ad aurigeræ caput arboris, eia per ipſum
Scande age, & aduerſo greſſus, ait, imprime dorſo.
Nec mora fit dictis, fidens Cretheia proles
Calcat, & aëream quamuis perfertur ad ornum:
Cuius adhuc rutilam ſeruabant brachia pellem,
Nubibus accenſis ſimilem, aut cum veſte recincta
Labitur ardenti Thaumantias obuia Phœbo.
Corripit optatum decus, extremum'que laborem
Aeſonides, longos'que ſibi geſtata per annos
Phryxeæ monumenta fugæ vix reddidit arbor
Cum gemitu, triſtes'que ſuper coiere tenebræ.
Egreſſi relegunt campos, & fluminis ora
Summa petunt. micat omnis ager, villis'que comãtem
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:
Nunc in colla refert: nunc implicat ille ſiniſtra.
Talis ab Inachijs Nemeæ Tirynthius antris

Ibat,

Ibat, adhuc aptans humeris, capiti'que leonem.
Vt vero ſocijs, qui tunc prædicta tenebant,
Hoſtia, per longas apparuit aureus vmbras;
Clamor ab Hæmonio ſurgit grege, ſe quoque gaudens
Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas.
Præcipites agit ille gradus, atque aurea miſit
Terga prius. mox attonita cum virgine puppem
Inſilit, ac rapta victor conſiſtit in haſta.
Interea patrias ſæuus venit horror ad aures,
Fata domus, luctum'que ferens, fraudem'que, fugamq́;
Virginis. hinc ſubitis inflexit frater in armis.
Vrbs etiam mox tota coit: volat ipſe ſenectæ
Immemor Aeætes: complentur litora bello
Nequidquam: fugit immiſſis nam puppis habenis.
Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas,
Et ſoror, atque omnes aliæ matres'que, nurus'que
Colchides, æquales'que tibi Medea puellæ.
Exſtat ſola parens, implet'que vlulatibus auras.
Siſte fugam, medio refer huc ex æquore puppem,
Nata potes. quo, clamat, abis? hic turba tuorum
Omnis, & iratus non dum pater: hæc tua tellus,
Sceptra'que. quid terris ſolam te credis Achæis?
Quis locus Inachias inter tibi Barbara natas?
Iſta'ne nota domus, exſpectati'que hymenæi?
Hunc petij grandæua diem: vellem vnguibus vncis
Vt volucris poſſem prædonis in ipſius ora
Ire, ratem'que ſupra, claro'que repoſcere cantu,
Quam genui. Albano fuit hæc promiſſa tyranno,
Non tibi: nil tecum miſeri pepigere parentes
Aeſonide: non hoc Pelias euadere furto
Te iubet, aut vllas Colchis abducere natas.
Vellus habe, & noſtris ſi quid ſuper accipe templis.
Sed quid ego quenquam immeritis incuſo querelis?

Ipſa

Ipſa fugit, tantóque (nefas) ipſa ardet amore.
Hoc erat infelix (redeunt nam ſingula menti)
Ex quo Theſſalici ſubierunt æquora remi,
Quòd nullæ te nata dapes, non vlla iuuabant
Tempora, non vllus tibi tum color: ægráque verba,
Erranteſque genæ; atque alieno gaudia vultu
Semper erant: cur tanta mihi non prodita peſtis,
Vt gener Aeſonides noſtra conſideret aula?
Nec talem paterere fugam? commune fuiſſet
Aut certe nunc omne nefas, iremus & ambæ
In quaſcunque vias, pariter petiiſſe iuuaret
Theſſaliam, & ſæui, quæcunque eſt, hoſpitis vrbem.
Sic genetrix, ſimilíque implet ſoror omnia queſtu
Exululans. famulæ pariter clamore ſupremo
In vacuos dant verba Notos, dominámq. reclamant
Nomine: te venti procul & tua fata ferebant.
Inde diem, noctémque volant: redeuntibus aura
Gratior, & notæ Minyis tranſcurrere terræ,
Cùm ſubito Erginus puppi ſic fatur ab alta:
Vos, ait, Aeſonide contenti vellere capto,
Nec via quæ ſuperet: nec quæ fortuna videtis.
Craſtina namque dies trucis ad confinia ponti
Cyaneáſque vocat. meminíque o Tiphy tuorum
Saxa per illa pater: memini venerande laborum.
Mutandum o ſocij nobis iter. altera ponti
Eluctanda via: & curſu, quem fabor, eundum eſt.
Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Iſtri,
Fundere non vno tantum quem flumina cornu
Accipimus. ſeptem exit aquis; ſeptem hoſtia pandit.
Illius aduerſi nunc ora petamus & vndam:
Quæ latus in læuum ponti cadit. inde ſequemur
Ipſius amnis iter: donec nos flumine certo

Perſtrat,in'que aliud reddat mare:ſint age tanti
Aeſonide quacunque mora:quàm ſæua ſubire
Saxa iterum:quàm Cyaneos perrumpere montes.
Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.
Hæc ait,ignarus fixas iam numine rupes
Stare,neque aduerſis vltra concurrere ſaxis.
Reddidit Aeſonides:& te fidiſſime rector
Haud vani tetigere metus : nec me ire recuſo
Longius:& cunctis redeuntem oſtendere terris.
Protinus inde alios flectunt reges'que locos'que:
Adſuetum'que petunt plauſtris migrantibus æquor.
Puppe procul ſumma vigilis poſt terga magiſtri,
Hæſerat aurata genibus Medea Mineruæ.
Atque ibi deiecta reſidens in lumina palla
Flebat adhuc: quãquam Hæmoniis cum regibus iret:
Sola tamen,nec coniugij ſecura futuri.
Illam Sarmatici miſerantur litora ponti.
Illa Thoantea tranſit deflexa Diana.
Nulla palus: nullus Scythiæ non mæret euntem
Amnis: Hyperboreas mouit conſpecta pruinas
Tot modo regna tenens,ipſi quoque murmure ponti
Iam Minyæ iam ferre volunt:vix alleuat ora.
Ad ſeras ſi quando dapes: quas carus Iaſon
Ipſe dabat iam nubiferam tranſire Carambim
Significans:iam regna Lyci: toties'que gementem
Fallit: ad Aemonios hortatur ſurgere montes.
Inſula Sarmaticæ Peuce ſtat nomine nymphæ:
Toruus vbi & ripa ſemper metuendus vtraque
In freta per ſæuos Iſter deſcendit Alanos
Soluere in hoc tandem reſides dux litore curas:
Ac primum ſocios auſus ſua pacta docere,
Promiſſam'que fidem,thalami fœdus'que iugale.

Vltro

Vltro omnes læti inſtigant, meritam'que fatentur.
Ipſa autem inuitæ iam Pallados erigit aras;
Incipit Idaliæ numen nec ſpernere diuæ,
Præcipue'que ſui ſiquando in tempore pulcher,
Coniugij Minyas nunquam magis eminet inter.
Qualis ſanguineo victor Gradiuus ab Hebro
Idalium furto ſubit, aut dilecta Cythera.
Seu cum cæleſtes Alcidæ inuiſere menſas
Iam vacat, & feſſum iunonia ſuſtinet Hebe.
Adſunt vnanimes Venus hortator'que Cupido.
Suſcitat affixam mæſtis Aeætida curis.
Ipſa ſuas illi croceo ſubtemine veſtes
Induit: ipſa ſuam duplicem Cytherea coronam
Donat, & arſuras alia cum virgine gemmas.
Tum nouus impleuit vultus honor. ac ſua flauis
Reddita cura comis, graditur'que oblita malorum.
Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit almo,
Læta'que iam Cybele, feſta'que per oppida tædæ:
Quis modo iam ſæuos adytis fluxiſſe cruores
Cogitet? aut ipſi qui iam meminere miniſtri?
Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras
Aeſonides: vna'que adeunt: pariter'que precari
Incipiunt, ignem Pollux vndam'que iugalem
Prætulit: vt dextrum pariter vertantur in orbem.
Sed neque ſe pingues tum candida flamma per auras
Explicuit: nec thura videt concordia Mopſus:
Promiſſam nec ſtare fidem: breue tempus amorum
Odit vtrumque ſimul: ſimul & miſeratur vtrumq.
Et tibi iam nullos optauit barbara natos.
Mox epulas & ſacra parant ſilueſtria læti
Præmia venatu facili quæſita ſuperſunt.
Pars veribus, pars vndanti deſpumat aheno.

Gramineis aſt inde thoris diſcumbitur: olim
Iſter anhelantem Peucen quo preſſerat antro.
Ipſi inter medios roſea radiante iuuenta
Altius: in'que ſui ſternuntur velleris auro.
Quis nouus inceptos timor impediit hymenæos?
Turbauit'que thoros? & ſacra calentia rupit?
Abſyrtus ſubita præceps cum claſſe parentis
Aduehitur: profugis infeſtam lampada Graiis
Concutiens: diram'que premens clamore ſororem.
Atque hanc o ſi quis vobis dolor ira'que Colchi
Adcelerate viam: neque enim fugit æquore raptor
Iupiter: aut falſi ſequimur veſtigia tauri.
Puppe (nefas) vna prædo Phryxæa reportat
Vellera: qua libuit remeat cum virgine: nobis
(O pudor) & muros & ſtantia tecta reliquit.
Quid mihi deinde ſatis? nec quæro vellera: nec te
Accipio germana datam: nec fœderis vlla
Spes erit: aut iræ quiſquam modus: inde reuerti
Patris ad ora mei tam paruo in tempore fas ſit?
Quinquaginta animæ me ſcilicet vna'que merſa
Sufficiet placare ratis? te Græcia fallax
Perſequor: atque tuis hunc quaſſo mœnibus ignem:
Nec tibi digna ſoror deſum ad connubia frater.
Primus & ecce fero quatio'que hanc lampada veſtro
Coniugio: primus celebro dotalia ſacra:
Qui potui. patriæ veniam da quæſo ſenectæ.
Quin omnes alti pariter populi'que patres'que
Mecum adſunt. magni virgo'ne regia ſolis
Hæmonij thalamos adeas deſpecta mariti.
Tot decuit coiſſe rates: tot fulgere tædas.
Dixerat. itque orans iterum ventos'que viros'que
Per'que ratis ſupplex vox remigis illa magiſtros.

Illi

Illi autem intorquent truncis frondentibus vndam:
Quæque die fuerat raptim formata ſub vno:
Et tantum deiecta ſuis à montibus arbor:
(Quid dolor & veterum potuit non ira virorum?)
Haud longis iam diſtat aquis: ſequiturq́. volantem
Barbara Palladiam puppem ratis: hoſtia donec
Danubij: viridemq́ue vident ante hoſtia Peucen:
Vltimaq́ue agnoſcunt Argoi cornua mali.
Tum vero clamorem omnes: inimicaq́ue tollunt
Gaudia. tum grauior remis fragor: vt procul Argo
Viſa viris: vnamq́ue petunt roſtra omnia puppem.
Princeps naualem nodoſi roboris vncum
Adripit: & longa Stirus proſpectat ab vnda:
Coniugio atque iterum ſponſæ flammatus amore.
Iamq́ue alij clypeos & tela trabalia dextris
Expediunt. armant alij picis vnguine flammas.
Impatiens tremit haſta moræ. nec longius inter,
Quàm quod tela vetet, ſupereſt mare. vocibus vrgent
Interea: & pedibus pulſant tabulata frementes.
Cum ſubitas videre rates: vibrataq́ue flammis
Aequora: non vna Minyæ formidine ſurgunt.
Primus & in puppem deſerta virgine ductor
Proſilit: & ſumma galeam rapit altus ab haſta:
Enſe ſimul clypeoq́ue micat. nec cetera pubes
Segnius adreptis in litore conſtitit armis.
At tibi quæ ſcelerum facies Medea tuorum?
Quiſue pudor Colchos iterum fratremq́ue videnti?
Quidquid & abſciſſum vaſto iam tuta profundo
Credideras? ergo infauſto ſeſe occulit antro
Non aliud quàm certa mori: ſeu carus Iaſon:
Seu frater Graia victus cecidiſſet ab haſta.
Haud ita ſed ſummo ſegnis ſedet æthere Iuno;

Haud ſinit extrema Minyas decernere pugna:
Nec numero quoniam Colchis nec puppibus æquos.
Ergo vbi diua rates hoſtem'que accedere cernit
Ipſa ſubit terras, tempeſtatum'que refringit
Ventorum'que domos. volucrum gens turbida fratrum
Erumpit: claſſem dextra Saturnia monſtrat.
Videre: in'que imum pariter mare protinus omnes
Infeſto clamore ruunt: inimica'que Colchis
Aequora: & aduerſos ſtatuunt à litore fluctus.
Tollitur: atque intra Minyas Argoa'que vela
Stirus abit. vaſto rurſus deſedit hiatu
Abrupta reuolutus aqua: iam'que omnis in aſtra
It'que redit'que ratis, lapſo'que reciproca fluctu
Deſcendit: trahit hos vertex: hos agmine toto
Gurges agit, ſimul in vultus micat vndique terror.
Crebra ruina poli cæleſtia lumina laxat.
Non tamen ardentis Stiri violentia cedit.
Hortatur ſocios media inter prælia diuûm.
Tranſferet ergo meas in quæ volet oppida dotes
Colchis? & Hæmonius nobis ſuccedet adulter?
Nec mihi tot magnos inter reges'que procos'que
Profuerit prona haud dubij ſententia patris?
An virtus prælata viri eſt? & fortior ille,
Quem ſequitur? iungã igniferos ſine carmine tauros,
Sæua'que Echionij ferro ſata perſequar hydri.
Hoc adeo interea ſpectans de litore pugnas
Amborum, victoris eris: iam digna videbis
Prælia: iam'que illud carum caput ire cruenta
Sub freta ſemiuiri, nec murrha corpus Achiui:
Sed pice ſed flammis & olenteis ſulphure crines.
Vos modo vel ſolum hoc fluctus expellite corpus.
Non te Aeatà pater generi, aut ſol magne pudebit.

Fallor?

Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos
Ipſa mouet? dira'que leuat maria ardua lingua?
Atque iterum Aeſonides, iterum defenditur arte
Qua ſolet: haud illi cantus, & futile murmur
Proderit: ite rates, & frangite virginis vndam.
Dixit: & intortis ſocio cum milite remis
Proſilit, ac fluctu puppis labefacta reuerſo
Soluitur, effundit'que viros ipſum'que minantem,
Tunc quoque & elata quærentem litora dextra.
Ibat & arma ferens & ſtrictum naufragus enſem.
Incipit & remos & quærere tranſtra ſoluta
Sparſa ratis, mæſtas altis intendere voces
Puppibus. aſt inter tantos ſuccurrere fluctus
Nulla poteſt: aut illa velit? quoties'que propinquat,
Tunc aliud rurſus dirimit mare: iam tamen errat,
Iam'que abiit: fundo'que iterum violentus ab imo
Erigitur: ſed fluctus adeſt, magno'que ſub altis
Turbine figit aquis, & tandem virgine ceſſit.
Abſyrtus viſu mæret defixus acerbo.
Nec quid agat: qua vi portus: & prima capeſſat
Hoſtia: qua poſſit Minyas inuadere: clauſos
Quos videt agnoſcit'que tremẽs: maria obuia contra:
Sæua'que pugnat hyems: totus'que in vertice pontus.
Abſceſſit tandem: vana'que recedit ab ira:
Et tanta de clade ratis latus inde ſiniſtrum
Aduerſam'que procul Peuces defertur in oram.
Cum ſocij (gemino nam ſcinditur inſula flexu
Danubij) hac dudum Minyæ Pagaſæa'que puppis
In ſtatione manent: illinc Aeatius heros
Obſidet aduerſa tentoria Theſſala claſſe
Impatiens: pugnæ'que datur non vlla poteſtas.
Noctes atque dies vaſtis mare fluctibus inter

Perfurit:expediant donec Iunonia ſeſe
Conſilia:atque aliquem bello ferat anxia finem.
At Minyæ tanti reputantes vltima belli
Vrgent & precibus cuncti:fremitu'que fatigant
Aeſoniden;Quid ſe externa pro virgine clauſa
Obiiciat?quid'ue illa pati diſcrimina cogat?
Reſpiceret plures'que animas:maiora'que fata
Tot comitum:qui non furiis,nec amore nefando
Per freta:ſed ſola ſeſe virtute ſequantur.
An vero vt thalamis raptis'que indulgeat vnus
Coniugiis?id tempus enim ſat vellera Graiis:
Et poſſe oblata componere virgine bellum:
Quem'que ſuas ſinat ire domos: nec Marte cruento
Europam atq. Aſiam prima hæc committat Erinnys.
Namque datum hoc fatis trepidus ſupplex'q.canebat
Mopſus,vt in ſeros irent magis ipſa nepotes:
Atque alius lueret tam dira incendia raptor.
Ille trahens gemitum,tantis ac vocibus impar,
(Quanquam iura deum,ſacri ſibi conſcia pacti,
Relligio dulcis'que mouent primordia tædæ)
Cunctatur:mortem'que cupit:ſociam'que pericli
Cogitat:haud vltra ſociis obſiſtere pergit.
Hæc vbi fixa viris:tempus fluctus'que quietos
Exſpectant:ipſam interea quid reſtet amantem
Ignorare ſinunt: decreta'que triſtia ſeruant.
Sed miſer vt vanos,veros ita ſæpe timores
Verſat amor: falli'que ſinit nec virginis annos.
Ac prior ipſa dolos & quamlibet intima ſenſit
Non fidi iam ſigna viri:nimium'que ſilentes
Vna omnes;haud illa ſui tamen immemor vnquam
Nec ſubitis turbata minis.prior occupat vnum
Aeſoniden:longe'que trahit:mox talibus infit:

Me

Me quoque vir tecum Minyæ (fortiſſima pubes)
Nocte dieq́ue mouent. liceat cognoſcere tandem:
Si modo Peliacæ non ſum captiua carinæ:
Nec dominos decepta ſequor: conſultáque veſtra
Fas audire mihi. vereor fidiſſime coniunx
Nil equidem: miſerere tamen: promiſſáque ſerua
Vſque ad Theſſalicos ſaltem connubia portus.
Inq́ue tua me ſperne domo. ſcis te mihi certe
Non ſocios iuraſſe tuos. his reddere forſan
Fas: abeant. tibi non eadem permiſſa poteſtas.
Téque ſimul mecum ipſa traham. non ſola repoſcor
Virgo nocens, atque hac pariter rate fugimus omnes.
An fratris te bella mei, patriáque biremes
Terrificant? magnóque impar vrgeris ab hoſte?
Finge rates alias: & adhuc maiora coire
Agmina: nulla fides? nullis ego digna periclis?
Non merui mortemq́ue tuam comitúmque tuorum?
Vellem equidem noſtri tetigiſſent litora patris
Te ſine: duxq́ue illis alius quicumque fuiſſet.
Nunc remeant: méque ecce nefas & reddere poſſunt.
Nec ſpes vlla ſuper. quin tu mea reſpice ſaltem
Conſilia: & nimio comitum ne cede timori.
Credidit ardentes quis ſe tunc iungere tauros
Poſſe? quis ad ſæui venturum templa draconis?
O vtinam ergo meus pro te non omnia poſſet,
Atque aliquid dubitaret amor. quin nũc quoq. quare
Neſcio quid tuus iſte pudor. méne optime quondam
Aeſonide; me ferre preces, & ſupplicis ora
Fas erat? aut hoc nunc genitor putat: haud dare pœnas
Iam ſceleris: dominúmque pati. ſic fata parantem
Reddere dicta virum furiata mente refugit
Vociferans, qualem Ogygias cùm tollit in arces

Bacchus & Aoniis illidit tympana truncis.
Talis erat: talem'que iugis ſe virgo ferebat.
Cuncta pauens, fugit infeſtos vibrantibus haſtis
Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.
Si Pagaſas vel Peliacas hinc denique nubes
Cerneret & tempe viridi lucentia fumo:
Hoc viſu contenta mori: tunc tota querelis
Egeritur queſtu'que dies: eadem'que ſub aſtris
Sola mouet: mæſtis veluti nox illa ſonaret
Plena lupis: quaterent'que truces ieiuna leones
Ora, vel orbatæ traherent ſuſpiria Bacchæ.
Procedit non gentis honos, non gloria magni
Solis aui, non barbaricæ decor ille iuuentæ.
Quid dubitas? heu dure ſiles? magnum'q. minatur.
Qualis erat, cum Chaonio radiantia trunco
Vellera vexit ouans: inter'que ingentia graium
Nomina Palladia virgo ſtetit altera prora.
Mæſtus at ille minis, & nota Colchidos ira
Hæret: & hinc præſens pudor: hinc decreta ſuorum
Dura premunt. vtcunque tamen mulcere gementem
Tentat & ipſe gemens, & tempora currere dictis.
Me ne aliquid meruiſſe putas? me talia velle?

FINIS.

CANDIDO LECTORI S.

DECREVERAM, candide Lector, Valerio ſexcentis & amplius locis caſtigato nihil ſcholiorum addere; nō quòd eorum conſilium, qui in ſimili argumento elaborarũt, contemnendum exiſtimarem; cùm nihil vnquam magis laudare ſoleã: ſed quòd pleroſque ita hodie faſtidioſi ſtomachi eſſe intelligerem, vt ea quæ ſubiungi conſueuerunt, feſſi de poetarũ lectione, reiiciant, ac velut nauſeabundi reſpuant. Huc accedit quòd in ſcriptorum interpretatione, moleſtiæ plurimum, minimum vero laudis ſitum eſſe non ignorarem; atq; adeo vix fieri poſſit, quin alicubi aut in audaciæ, aut in temeritatis, aut in aliã deniq; calumniæ notam incurras, præſertim ſi eorum opiniones, qui in his enarrandis ſomniarunt, refutare conſtitueris: quas ego primas huius negotij partes eſſe ſtatuo. Hæc atq. alia, quæ ad hanc rem valde incommoda fore videbantur, etſi amicis meis ſumma contentione id à me petentibus obiiciebam; importunæ tamen eorũ flagitationes effecerunt, vt veriſſimum illud Comici eſſe crederem, nunquam ita quemquam bene ſubducta ratione ad vitam fuiſſe, quin res, ætas, vſus, aliquid ſemper adportet noui; quod nunc mihi ſic eueniſſe ſentio, vt conſilium quod obfirmato animo mecum inieram, in experiundo repudiare; abiectum vero ſuſcipere cogar. Dedi itaq. aliquid familiaribus amicorum precibus, dedi & rationi, quę optimum eſſe dictabat, erranti (vt eſt apud Ennium) comiter viã mon-

monſtrare. Exſtarent B. Egnatij commẽtarij; aliorumque annotationes, non eſſet fortaſſis iam neceſſe cum tot diuerſis diuerſorum opinionibus conflictari, & ea quæ B. Pius, Sabellicus, Pomponius Lætus, Politianus, Ianus Parrhaſius, Volſcus, Scoppa, atque adeo Maſerius (vt ne Grammaticos adferam) commenti ſunt, iamdudum tacita omnium conſenſione, aut approbata, aut reiecta fuiſſent: nunc cùm nihil illorum præter iactantiam quandam (quod ad hunc poetam attinet) ad nos peruenerit, non abs re futurum arbitror, ſi paucis, quid de iis cenſendum ſit, aliquando aperiam, quæ mihi hic ſane prima erit cura. ſecunda verò, vt variantes lectiones, quo lectori ſuum maneat iudicium, indicem, quæ colligi potuerunt tam ex vulgatis libris, quos in progreſſu nominabo, quàm ex veteri manuſcripto codice, quem ante ſexcentos annos conſcriptum fuiſſe grauiſſima multorum iudicia confirmarunt, quibus quantum hac in re tribuẽdum ſit, tum demum Lector agnoſces, cùm ſuam de antiquitate cenſuram, quod breui futurum ſpero, in lucem prodire patientur. Poſtremò interpretum opiniones inter ſe opponam, & quid dicendum videatur, oſtendam; vbi & meam & aliorum doctorum virorum ſequar ſententiam. ſed iam expoſitionem aggredior.

LVDOVICI CARRIONIS IN VALERII FLACCI PRIMVM LIBRVM, SCHOLIA.

Prima deûm magnis.) Varia inter homines eruditos de hoc verſu controuerſia eſt. Qui fuerint (inquit L. Scoppa) magni nautæ Deûm, apud nullum idoneum auctorem legitur; proinde audaciori calamo, natis, emendaui, quia, vt ex eodem Poeta colligitur, Iaſon deûm natos Herculem, Caſtorem, Pollucem, & nonnullos alios ſibi in expeditionem arietinæ pellicuiæ ſocios adſciuit; quamuis hæc expoſitio me non fugiat, Poëtam nautas Deûm appellaſſe, quod nauis Argo Palladi erat cõſecrata, cuius ope & Iunonis, vellus abſtulerunt, nauemque numinibus dicatam habuerũt; ideo nautas Deûm dixit: quod mihi non placet. hactenus ille. Aegidius Maſerius, per deos, Iunonem & Palladẽ deſignari exiſtimat, locupletibusque teſtibus Deos ſub vtriuſque ſexus genere olim fuiſſe pronuntiatos, arguit; cuius ſententiã multos etiam doctos laudare video. Rectius, vt mihi quidẽ videtur, Alciatus Parerg. lib. 8. cap. 8. Magnũ, inquit, diem appellamus qui longis periculoſisque laboribus finem imponit, quod celebris valde in hominum memoria verſetur. Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Tranſigite cũ expeditionibus, imponite annis quinquaginta magnum diem. Eadem ratione magnos nautas dixiſſe videtur Valerius Flaccus, qui primi nauigare cœperunt; quo in carmine, Prima deûm, more Græco dixit. illi enim neutro genere aduerbij loco vtuntur, τὰ πρῶτα quod ſcilicet maria, quæ primum ſoli dij poterãt traiicere, hominibus quoque peruia eſſe cœperunt. Non abſimili ſenſu Naſo;

—— Quique æthera carpere poſſent
Credidit eſſe deos.

Sic Pedo apud Senecam Tragœd. de Oceano ad eam diem non nauigato;

Quid ſacras violamus aquas, diuûmque quietas
Turbamus ſedes?

Atque ita Flacci carmẽ eſt intelligendum. nam qui, Natis, ſubſtituunt, non videntur rectè aures conſulere, quarum

iudi-

iudicium ſuperbiſſimum eſſe cenſuit Cic. Hæc Alciatus; quæ mihi mirifice placent, ideoque ipſa verba attuli.

Fatidicam'que ratem) Fatidicam, loquacem & *πολύγλωσσον* dici, quemadmodum & à Claudiano & à Sophocle dicta fuit, obſeruauit I. Parrhaſius: Sic Seneca; Medea:

Orpheus tacuit torpente lyra,
Ipſaque vocem perdidit Argo.

Quæ omnia, commentarij ad Orphei cantum ineptè referunt: certè quia poſterius poeta noſter nauim loquentem inducit, vbi eius rei rationem reddemus.

Tu'que o pelagi. Veſpaſianum patrem, non autem Domitianum hic accipimus, neque enim Domitianus Britanniæ victor fuit.

proles tua. Eſt is Domitianus Veſpaſianus, nam & pater & filius vterque, Veſpaſiani nomen habuerunt, vt eſt apud Plinium lib. 2. Imperatoribus Veſpaſianis, patre tertium, filio iterum Coſſ. Domitiano opus ſuum Plinius inſcripſit; ſic enim ad eum in præfatione. Perfricui faciem, nec tamen profeci: quando alia via occurris ingens & longius etiam ſubmoues ingenij facibus, fulgurat in nullo vnquā verius dicta eloquētiæ vis, Tribunitiæ poteſtatis facundia. quanto tu ore patris laudes tonas! quanto fratris amas! quantus in poetica es! Quæ cum iis quæ Valerius ei tribuit, planè conueniunt.

Namque poteſt. Variant hîc & typis excuſi & calamo exarati codices; quorum hi, potes, illi vero, poteſt, nonnulli potens, habent. Si, potes, receperis: ſenſus erit faue, nāque potes; ſin vero, poteſt: referendum erit ad Domitianum; & id veriſimilius eſt. Vtrumque autem filium eminentiſſimum Poetam fuiſſe teſtes ſunt de Tito Tranquillus, de Domitiano Silius, Papinius, Quinctilianus, Martialis, & Cornelius Tacitus.

cultus'que deûm. De eo Plinius ſecundus, Panegyrico: dicauit cælo Tiberius Auguſtum, vt maieſtatis numen induceret, Claudium Nero vt irrideret, Veſpaſianum Titus, Domitianus Titum, ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.

Ille tibi. Ita cod. manuſcriptus, plerique alij; illa tibi, eodem vero vtraque lectio recidit, nam vt Grammatici meminerunt, ſæpe non ad vocē, ſed ad rem fit relatio. ſic infrà;

Fratris-

——Fratriſque pauenti
Progeniem, Diuumque minas hunc nam fore Regi
Exitio &c.

Quod loquendi genus Gręcis nouum nõ eſt. Falluntur qui exiſtimant hæc de Domitiano dici, quæ de Tito dicuntur, qui patrem inter deos retulit. vt ex Plinio ſecundo conſtat. Is autem ordo eſt verborum; Domitianus cantabit euerſam Hieroſolymam, & fratrem Titum, eam euertentem: Titus verò tibi diuinum honorem nuncupabit; de his ſcribunt Ioſephus, & Egeſippus, Martialis ad Domitianum.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos
Quæ datur ex Dacis Laurea, tota tua eſt.

Cynoſura. Duæ vrſæ in Aquilonari regione elucent, quarum Cynoſura minor eſt; ſic dicta quòd canis caudę inflexę ſimilis ſit: Helice vero maior, à circumuolutione nomen ſortita, nã ἕλιξ circumuolutio eſt: Alij vel ab Helice Theſſaliæ oppido, vel ab eo quod eſt in Peloponneſo dictum credunt: Calliſtonem enim Lycaonis Arcadis filiam à Ioue conſtupratam, & à Iunone conuerſam in vrſam, cùm Arcas filius ſagittis conficere vellet, in ſidus cum ea mutatus eſt; & hic Cynoſura, illa verò Helice dicitur; alij, (in quibus Aratus) Iouis nutrices fuiſſe, dum à Corybantibus cuſtodiretur, fabulantur, atque inde nomina ſideribus facta; vide Diodorum libro 5. Antiq. Ouid. lib. 4. Faſt.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur
Sidoniis, Helicen graia carina notet.

Aemoniam. liber vet. Hæmoniam, græcis certè αἱμονία ſcribitur: ea eſt quæ aliquando Theſſalia dicta eſt, Agellius lib. 14. cap. 6.

frænabat. Vetus cod. frenabat, quæ ſcriptura in omnibus antiquis codicibus conſtans eſt.

illius omnes. Quidam, amnes, reclamante & calamo exaratorum & vulgarium codicum fide, legendum affirmant: vt omnes fluuiorum accolas & montium incolas formidoloſo Peliæ imperio ſubiectos fuiſſe intelligamus. Ego, cùm hæc lectio tolerari poſſit, nolim aliud verbum ſubſtituere, tametſi locus hic mihi ſuſpectus eſt.

Terrifici monitus. Pelias oraculum acceperat (quod ſtatim in principio narrat Apollonius) vt ſibi ab eo caueret, quem

cum

cum altero tantùm calceo ad ſe venientem videret. Iaſon autem iam grandior forte in ripa Anauri (eſt is Apollonio & Lucano Theſſaliæ fluuius, coſmographis ignotus) offendit Iunonem vetulæ ſimilem, quam humeris ſuſcipiens in vlteriorem fluuij ripam tranſtulit, atque vno in flumine, calceo amiſſo ad Peliam patruum venit: qui oraculi recordatus veritusque ne ab eo interficeretur, mandauit illi expeditionem in Colchos, ſperans aut ab aliquo occiſum iri, aut certè inter Symplegades periturum.

clauſus hiatu. Ita vet. cod. reliqui omnes, cluſus hiatu.

tranquilla tuens. Sic hunc locum mutaui ex auctoritate libri manuſcripti: nam quod legebatur, tranquilla timens; omnino abſurdum erat. ſenſus autem eſt, eum animi dolorem diſſimulaſſe, atque aliud quàm vultus præ ſe ferret in pectore reconditum habuiſſe.

Annue da'que animum. Ita vet. cod. Lugdunenſis vero, Pariſienſis, Venetus, M. Fontij, Argentoratēſis (iis enim in hoc caſtigando vſus ſum) legunt, datque animum, male.

Audiſti effugerit. Fabula quam tangit hæc eſt. Athamas Aeoli filius, frater Cretheos patruus Aeſonis & Peliæ ex Nephele vxore Phryxum & Hellen ſuſtulit, poſt vero Nephele in nubem conuerſa, Inonem Cadmi filiam duxit. ea cùm more nouercarum priuignos odiſſet, Aeolicis feminis perſuadebat, ſemina terrę mandanda torrerent: terra autem, toſta ſementis grana ſuſcipiens, infecunda permanſit, & magna proinde penuria ſubſecuta eſt. Qua de re ad Apollinem miſſi qui oraculum ſciſcitarentur & ab Inone muneribus corrupti, nunciarūt oraculum poſcere vt Phryxus & Helle mactarentur; quod etſi Athamas diu facere recuſauit, neceſſitate tamen compellente, Phryxum & Hellen ante arā mactandos conſtituit. verum Nephele mater eorum nube ſua ad eos deuecta vt fugerent præcepit, tradiditque arietem lanam auream habentem, quo vltra mare trāſueherentur. Sed Helle malè arieti inhærens & in pontum delapſa Helleſponto nomen fecit. Phryxus verò ad Colchos delatus eſt, vbi arietem in Martis templo ſacrificauit. quod Diodorus Siculus reſponſo monitum feciſſe ſcribit. in vet. cod. legitur, Audiſti effugerit: in aliis omnibus, Audis effugerit. Prius malè.

Lacera

lacera aſſiduis. Ita omnes vulgati cod. verò vet. Meque aſſiduis lacera illius vmbra; ſuum lectori iudicium relinquo. Veteres credebant mortuorum animas errare, & quolibet diuagari. hinc Dido Virgiliana Aeneid. lib. 4. ait,

Et cùm frigida nox anima ſubduxerit artus;
Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Et Horatius;

Quin vbi perire iuſſus exſpirauero,
Nocturnus occurram furor.

Quæ Marcus Tullius pro Roſcio Amerino & in Lucium Piſonem, aſſiduam conſcientiæ exagitationem interpretatur.

dabat externo. Draconem aurei velleris cuſtodē venenis ſolitum nutriri, cùm plures alij ſcriptores, tum & Noſter extremo octauo prodidit, vbi Medea,

——Nec talis, inquit, hianti
Mella dabam & noſtris nutribam fida venenis.

Verum cur heſternum venenū vocat? an quod pridie mella venenis miſcuiſſet? an externo, legi debet, quod liber manuſcriptus agnoſcit?

Sic tandem. Monuit iam pridem Maſerius, non legendum hic, Secantem, quam lectionem hodie ſcripti libri, Bononienſis & omnes denique vulgares retinent: ſed ſic tandem: hoc quin verum ſit nemo ſanus dubitauerit: neque enim quid ex alio ſenſus elici poſſit, ſatis video.

Perſeos. Perſeus Danaes Iouiſque, qui ſe in aureum imbrem verterat, filius, cùm ad Gorgonas Meduſæ caput præcideret proficiſceretur, Mercurij talaribus vſus eſt. Luc. lib. 8.

Quo poſtquam partu Danaes, & diuite nimbo
Ortum, Parrhaſiæ vexerunt Perſea pennæ.

A Catullo pēnipes appellatur, de quo multa Ouidius, Hyginus, Interpres Apollonij in 4. Argonauticon: Pauſanias Corinthiacis, & Herodot. lib. 7.

Aut curru vt. Omnibus in libris locus hic corruptus eſt. quidam pro, Creditus, legūt, Triptolemi, ſine vllo ſenſu; alij aliter, æque tamen vitioſe. Hæc autem germana & vera lectio eſt, Optat Iaſon aut Mercurij talaria aut eo modo vehi quo Triptolemus vectus eſt, qui Celei & Menalinę filius

N diuino

diuino lacte à Cerere nutritus in Attica regione vſum aratri & agriculturæ primus inuenit, alatis ſerpentibus deinde impoſitus, quibus tanquam curru vtebatur, per totum terrarum orbem, vt frumentorum vſum doceret, à Cerere miſſus eſt; eadem hæc alibi totidem propè verſibus optat Ouidius;

Nunc ego quas habuit pennas Danaeius heros
Terribile denſum cùm tulit angue caput;
Nunc opto currum de quo Cerealia primum
Semina, venerunt in rude miſſa ſolum.

tu ſola animos. Vulgati, animum, vet. cod. animos, vult ſignificare neminem tam durum, tam ferreum rerum humanarum contemtorem exſiſtere, qui non gloriæ cupiditate ducatur.

animi incertum. Terentius Hecyra: fecit animi vt incertus forem. ſic & excrucior animi Poëtis frequens eſt. tametſi lectorem ignorare nolo. in vet. cod. legi, animi incæptum.

Aethera cæruleum. Sic liber calamo exaratus. reliqui omnes, Aethere cæruleum quateret cùm Iupiter imbrem. quod apertè ſuppoſititium eſt. quis enim ita loquatur? adde quod rectius dixeris, cæruleum æthera, & atrum imbrem, quàm è diuerſo, quod confirmat Papinius lib. I.

Huc ſe cæruleo librauit ab æthere virgo.

Imbrem verò atrum etiam Virgil. dixit lib. I. Georg.

Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris:

Quanquam non negauerim ab eodem cæruleum vocari Aeneid. 3.

Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

Quare ſi quis omnino priorem lectionem præferēdam aſſerat, non decreui contendere.

tumidum per Enipea. Homerus Iliad. α. refert Thetidis & Briarei aduentu, Iouem à coniuratione, cuius auctores fuerant Iuno, Pallas, & Neptunus, liberatū fuiſſe. Iuno itaque exiſtimans ſe non impune ablaturam, anus facta in Theſſaliam deſcendit, ibique prope ripam Enipeos ſeu (vt Apollonius eiuſque interpres volunt) Anauri deſedit, atque ab Iaſone in vlteriorem ripam deuecta eſt. Lactantius Grammaticus locum vbi contigerit non nominat; conſtat tamen in Theſſalia factum fuiſſe.

Enipea.

Enipea. M. Antonius Muretus hac tempeſtate vir doctiſſimus, exponens illud Propertij primo;

Non ſic Hæmonio Salmonida miſtus Enipeo,

ait; Propertium aut memoria lapſum aut nominum ſimilitudine fuiſſe deceptum. is enim Enipeus, inquit, cuius amore flagrauit Tyro in Peloponeſo eſt. In Theſſalia autem non Enipeus fluit ſed Eniſeus ab hoc alius vt cognoſcitur ex octauo Strabonis libro, & ne quis putet vtrumque Enipeum dici & apud Strabonē Eniſeum pro Enipeo vitioſum eſſe, ſciat hoc ipſum diſcrimen è Strabone ab Euſthario annotatum eſſe. hæc ille. quæ ſi vera ſunt, oportet ſcriptores pleroſque erraſſe dicamus, nam præterquam quod Propertius eo loco Hæmonium vocat & libro tertio Theſſalicum:

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo.

Homericus quoque ſcholiaſtes xi. Odiſſ. eandem fabulam enarrās ait, Ενιπεὺς ἤλιδος ποταμὸς καὶ Θεσσαλίας. Ouidius.

Siccus vt amplecti Salmonida poſſet Enipeus.

Et Lucanus recenſens aliquot fluuios Theſſaliæ;

——Et gurgite, inquit, rapto

Apidanus, nunquamq́ue celer niſi miſtus Enipeus.

Idem libro ſeptimo.

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus:

Claudianus;

Sperchioſq́ue & virginibus dilectus Enipeus.

Ouid. Meta. I.

Populifer Sperchius & irrequietus Enipeus.

Denique, ne longum faciam, Apidanus, ait Herodot. lib. 7. fluuius vnus è præcipuis Theſſaliæ eſt, & tardè fluere dicitur, donec illi commiſceatur Enipeus. Videat itaque lector, malit'ne vni Straboni adhærere, an vniuerſum gregem poëtarum damnare.

Theſpiaca ad. Theſpia vrbs Bœotiæ à Theſpiade Theutrantis filio condita; eſt & altera Theſſaliæ, de qua hic: & tertia Sardiniæ. vet. cod. Theſpiaca ad: vulgati omnes, Theſpiaca &; malè. Ab hoc Argo quidam Argo nauim dictam exiſtimant, alij ab Argiuis remigibus, aut à dictione Græca, argon, quod eſt velox.

exit in vmbras. Sic hunc locum repoſuit Sabellicus: in cod. vet. & omnibus vulgatis legitur, exit in vndas, prius

 malo;

malo;nam apud Pelium montem,cuius altitudo eſt(vt Plinius tradit) CIↃ CC. & L.paſſuum; materia cæſa eſt, ex qua Argo compingebatur, quin & nauis ibi ædificata eſt, teſte Diod. Biblioth.lib.v. vnde frequenter ab Apollonio Pelias Argo vocatur. Propertio etiam lib.3. Peliaca trabs dicitur. Peliacæque trabis totum iter ipſe legas. Ouidio, modò Pelias arbor;

Phryxeam petiit Pelias arbor ouem.

modò Tritonis pinus nuncupatur,

Quid mihi cum Myniis? quid cum Tritonide pinu?

Omnis auet. Libri,Bononienſis,Venetus & calamo exaratus,habent:Omnis auet,alij,omnis abit,quod & Sabellicus obſeruauit. Eſt autem auere nimia cupiditate aliquid deſiderare.Cic. 1.Off. Itaque cùm ſumus curis negotiiſque vacui,tum auemus aliquid diſcere & audire.

Forma. Vet.cod.fama.quod malo.

Hos ſtimulant. Ineptè in vulgatis exẽplaribus legitur, hos ſtimulat; neque enim ad Iunonem ſed ad Faunos referendum eſt, ſic & liber manuſcriptus habet;& vbi alij, limine, ibi,lumine;vbi illatis,ibi,elatis,legendum eſt.

Inachiis.Vocat Argos Inachios ab Inacho Argiuorũ rege, Iſidis patre,quem Ouid.1.Meta.fluuiũ Achaiæ facit, cuius filiam cùm deprehendiſſet Iupiter, compreſſit,vt poſt dicetur, eodem epitheto vſus eſt Papinius:

Pallidus Inachiis qui deſuper imminet Argis.

Ouid.Met.vlt. Abanteos vocat ab Abante rege.Noſter lib. 4.dites appellat.

cuius armata. Maſerius cauſatur heptimimerim:vet. cod. flammata; ſi quis tamen malit legere,armata, eò quod magis eſſe poeticum & propius ad illud Virgilianum,ferroque armare venenum,accedere videatur;eſto heptimimeris.

Geſtat Hylas,velit. De Hyla plura dicemus lib.3.vbi Hercules eũ amiſit.quędã exẽplaria, velut ille. vetus verò Pariſiẽſe,& manuſcriptũ,velit ille:vtvt legeris,ſenſus apertus eſt

dextera nondum. Vet cod.Dextera nõ dum, diſiunctim :& ita ſcribendum eſſe docuerunt alij.

noſtri'que Euryſtheos. Euryſtheus varia Herculi monſtra domanda obiecit,de quo Virg.Georg.3.

Quis aut Euryſthea durum,

Aut

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?
Ouid.lib.ix.
——Neque adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euryſtheus.

Seneca tragœd. Pœnas cruentas iam tibi Euryſtheus dabit. Quæ omnia vt rectius intelligãtur, origo eius paullo altius repetẽda eſt. Eo die quo naſciturus erat Hercules cùm eſſet à Ioue vel (vt alij) à Themide prædictum, infantem naſciturum qui ceteris mortalibus imperaret, Iuno quæ partui præeſt, patienti aſſidendo (vt ait Plinius) venefico anteuertiſſe dicitur, atque Euryſtheum Archippes & Stheneli filiũ in lucem edidiſſe. quare poſtea factum putatur, vt in Herculem Euryſtheus imperium habuerit. tametſi Greci, vt ſollertes ſunt ad confingẽdas hiſtorias, Herculem Euryſtheos amore captum eius iuſſu tot monſtra confeciſſe dicãt. Alia aliorũ hac de re eſt opinio; aiunt enim Aten Iunonis cauſſa Ioni mentem perturbaſſe. nam in concilio deorum iurare coegit fore vt illo die ex ſuo genere naſceretur qui finitimis imperaret, quod cùm iureiurando confirmaſſet, Iuno in terram deſcendit, Argos petijt, Alcmenæ partum diſtulit, Stheleni vxorem ſeptem tantum menſium fœtum edere coegit, Euriſtheo Herculẽ ſeruire iuſſit, cui Iupiter, vt promiſerat, Argiuorum regnum dedit, Iunonem cælo expulit: hæc narrat Agamemnon apud Homerum lib. Iliad. 19.

Inuiti torſiſſem. Licet maximam vim habeat quod ſe vel inuito Ioue Iuno fulmen torturam fuiſſe iactet; magis tamen neſcio quo pacto mihi placet ſi legatur, Inuicti, cum vet.cod.

Hunc quoque. Omnes libri præter Pariſienſem & vet.cod. hic vitioſi ſunt, legentes, Nunc quoque, pro, hunc quoque. id ex affinitate litterarum euẽnit.

Vt longe. Vet.cod. vt longo. elige vtrum mal[i]s.

Picturæ varios. Naues pictura illuſtrare ſolebant veteres, hinc Virgil.

Et circum pictis vehitur ſua rura Phaſelis.
Horat.carm.lib.1.
Nil pictis tumidus nauita puppibus
Fidit.&c. Ouid.3.meta.
Pictæ dare vela carinæ.

Quem morem adhuc hodie ſeruamus.

Hic ſperata ſedens. vet.cod. Hic inſperato; ſi cui tamẽ magis prior lectio arriſerit, per me ea fruatur licet, dum modo quod ſequitur, Corripit, illa ſedet; malit quàm Corripuit, ſilet hæc. Ego ſanè ſuſpicor verbũ, ſedet, ab imperito neſcio quo, legente, Hic inſperata, è tertio verſu huc tralatum eſſe. eodem pertinent verſus Tibulliani lib.1.

Talis ad Hæmonium Nereis Pelea quondam
Vecta eſt frenato cærula piſce Thetis.

Panope, Doto'que. Deſcribit ſocias Thetidis: ſunt enim Panope, Doto, & Galatea, nymphæ marinæ Nerei ac Doridis filiæ. rectè itaque Galateam lætatã fluctu dicit, non, vt vulgati habent, Iactataque. Sed I. Pierij verba quæ huc faciunt, præſtat aſſcribere, Is in ix. Virgilij, · Qualis Nereia Cloto, in Vaticana (inquit) bibliotheca Doto non Cloto ſcriptum obſeruaui, quam lectionem in Valerij Flacci emendatis codicibus etiam inuenies, licet profeſſores nonnulli qui ætatem noſtram præceſſerunt, Cloto ex hoc Virgilij loco cenſeant reponendum, ſed in alio cod. nomen hoc altera manu deprauatum eſt, cùm Doto prius ſcriptũ eſſet; præterea Homerus Iliad. xviij. Galateam, Doto, Proto, atque alias complures filias Nerei recenſet. neque Clotus vſquã meminit. eadem ſunt apud Heſiodum Theogon. excepto epitheto Galateæ, quam ibi formoſam vocat: cumque nymphas quadraginta Nerei filias enumeret, de Cloto nullum verbum. Quare his veteribus exemplaribus fretus omnino legendum ſenſerim apud Virgilium, Qualis Nereia Doto; apud Valerium Flaccum verò, Quam Panope Dotoque.

Contra ignis. Hac, inquit, in parte picturæ, Thetis Peleo nubit; ex aduerſo illius celebrantur nuptiæ. Nuptias autem apud Græcos Heſiodus, apud Latinos elegantiſſ. carmine deſcripſit Catullus, in iis quæ falſo quidam (inter quos & Micillus) operis exordio decepti, Argonautica vocant.

viridi'que toris. Hanc lectionem liber calamo exaratus & plerique veteres recipiunt, & magis mihi probatur quàm alia illa, viridi totus: toros autẽ diſcubitorios intelligo aſtipulante Satyrico.

Syluestrem montana torum cùm ſterneret vxor
Frondibus & culmis.

Tametſi

Tametſi me nō fugit in nuptiis olim ignes ex lauro virent[i] fuiſſe adhibitos quod Rhodiginus retulit in libros ſuos Antiq lect.10.

Aeacides. Eſt is Peleus Aeaci Regis filius, ne quis alucinatus, Achillem nominari credat qui ab auo ſępe Aeacides dicitur.

Pholoe. Pugnas Centaurorum & Lapytharum attingit quas lyricus poeta Steſichorus celebrauit: & Ouid. xij. Meta. narrat, qui locus hinc ex contentione oppoſitus, multum lucis adferet. Eſt autem Pholoe mons Arcadiæ, vt Plinius & Strabo tradunt, à Pholo Centauro ibi ſepulto, vt addit in quinto Diodorus.

Atracia ſubitæ. Hippodamiam intelligit quæ Perithoo nupſit. Ouidius.

An fera Centauris indicere bella coegit
Atracis Hæmonios Hippodamia viros. Et,
Athracis ambiguos traxit in arma viros.

Cùm Hercules à Pholo Cētauro hoſpitio exciperetur, Centauri prius Amyræi, poſtea Leleges dicti, dolium vini optimi defoſſum extulerunt, quod ea illis lege Bacchus dederat vt cùm Hercules illac tranſiret, illud effoderent; ipſi verò ebrij facti & ad rapinas conuerſi ab Hercule ad vnum omnes cæſi ſunt. Alij non omnes cæſos, quin ipſum bis cum Centauris pugnaſſe prodiderunt; Primo cùm Perithoo nupſit Hippodamia; deinde cùm Eurytus ab Oeneo hoſpitio exceptus, nihil deos hoſpitales veritus, vim inferre Deianirę conatus eſt, quas fabulas Ouidius prorſus confundit. Pro eo quod eſt in vulgatis, Atracia, vet. cod. extracta habet. quod non placet.

menſæ'que volant. Virgil. Aeneid. 1. Iamque faces & ſaxa volant.

Hic Peleus. Liber manuſcriptus. Hac Peleus hac parte furens, quæ lectio an melior ſit, videat lector.

optimus haſta. Virg. Aeneid. viij. Optimus armis Aeneas; & Bucolicis, Boni quoniam conuenimus ambo
Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus.

Quam locutionem Græcam eſſe docet Cælius.

peragit Clarus Antora. Variè hic locus legitur, nec ſat ſcio an vllo in libro non vitioſe. Aldinū exemplar, peragit Cly-

tus Antora. reliqui vulgati codices; peragit Clarus Antora; vet cod. peragit Clauis Actora. Clanis cuiuſdam meminit Silius lib 8.

Et Clanis & Rubico & Senonum de nomine Senæ.

Staphilus libro rerum Theſſalicarũ iij. auum Patrocli Actorem nominat, ſi ea fortè ad rem faciunt, nam quod Maſerius, Clarum Lapytham & Anctorem Cẽtaurum eſſe putat, nuſquam me legere memini. Peragere autem in ea ſignificatione hic eſſe poſitum videtur, qua apud Auctorem obſcæni carminis; Quæ quot nocte viros peregit vna

Tot verpas tibi dedicat ſalignas.

hoc eſt fregit ac ſuperauit, neque enim niſi de victis trophæa erigi ſolent: ſimiliter Ouid.

Si quæras vbi ſit; Theſeus latus enſe peregit.

Accliuu'que. Ita legendum libri manuſcripti docent, nec fere aliter omnia antiquitatis monumenta habent.

num ſæuiet. Quidam libri, nunc ſæuiet: alij, non ſæuiet, & ita Sabellicus legit, q.d. inquit, nõ in ſolum Aeſona ſed etiã in Peliam. cod. vet. num ſæuiet, quod placet.

fixam gerit. Ita vetus cod. alij omnes, fixam erigit, certè plenior oratio eſt, ſi, gerit, legas; quàm ſi, erigit. Augurium iſtud non admodum abſimile eſt illi Virg. xij. Aeneid.

Namque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra,
Litoreas agitabat aues, turbamque ſonantem
Agminis aligeri, ſubito cùm lapſus ad vndas
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.

Pelagum quantos. Sunt qui arbitrati Pelagus virilis eſſe generis. hac falſa Valerij auctoritate ſuam fulciunt opinionem, inter quos Lexicographus ille Calepinus & Niniuita, cùm in vet. cod. legatur, Pelagus quantos, & ita ſemper Valerius vſus ſit, nec apud alios aliter reperiã; hoc etſi perquã leue eſt; tacitus tamen præterire non potui, neque enim doctum duntaxat & ingenioſum lectorem (vt quidam impij I.C.) deſidero, verùm etiam iunioribus hæc ſcribo.

Iolchon. Iolchos ciuitas eſt Theſſaliæ Pomponio Melæ lib. 2. vbi eandem Lariſſam vocari ſcribit, & Straboni lib. 4. cap. ix. Iaſonis patria ab Iolcho Amyri filio ſic dicta, vt tradit Stephanus de vrbibus. Homerus Iaolchon vocat. Ouid. Meta. vij. de Iaſone in patriam reuerſo, ſic canit.

Victor

Victor Iolchiacos tetigit cum coniuge portus.

Ita autem ibi legendum eſſe, non, Victor Cecropios, vt vulgati habent, teſtantur manuſcripti omnes quos vidi.

fraternæ ſi des accedere. Hunc verſum alij aliter legunt. Ego ſane lectiorem, quæ maximè Valeriana videbatur, elegi. Eſt autem accedere famæ fraternæ, quàm proximè accedere ad famam, non quidem fratris; neque enim iiſdem parentibus geniti erant, ſed eius quicum illi ſanguinis fuit neceſſitudo. ſic prius, fraternaque pectora iungens, de iiſdem dixit. nam patruorum filios fratres patrueles vocamus. Catullus.

Quam matrem fratres efficere ex patruo.

Et Ouid. Quid? quod anus nobis idem Pelopeïus Atreus?
Et ſi non eſſes vir mihi frater eras.

Thetidi'que iuuencum. Vetus cod. iuuencam.

Mens tamen. Ita vet. cod. & vterque Pariſienſis: alij omnes, mens tumet, quam Engentini emendationem eſſe ſuſpicor.

preſſam regibus alnum. More poetico Alnum pro qualibet arbore nauibus conficiendis apta nominat: neque enim ex Alno Argo contexta fuit. nam antea dixit;

Iam pinus gracili diſſoluere lamna Theſpiade.

Et Orpheus eam ex piceis quercubuſq́. compactam fuiſſe narrat, alibi etiam fagos adhibet. Ennius abietẽ dixit, cuius illa citat auctor ad Herennium lib. 2.

Vtinam ne in nemore Pelio, ſecuribus
Cæſa, accidiſſet abiegna ad terram trabes:
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cœpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inaurati arietis
Colchis, imperio Peliæ Regis per dolum.
Nam nunquam hera &c.

Alexander Cornelius, vt eſt apud Plinium, arborem Eonem appellauit, ex qua Argo constructa eſſet ſimilem robori viſcum ferenti, quę nec aqua nec igni corrumpi poſſit, vt refert Muretus.

concitus auſis. Id eſt commotus & concitatus, quod fit à cieo. Liuius. Galli quos prædæ populationumq́ue conciuerat ſpes. nec eſt legendũ, conſcius auſis, vt Maſerius legit.

Longa Mynias. lib. vet. Vates Mynias. Myniæ autem po-

puli ſunt Theſſaliæ à Mynia Neptuni filio nominati.

pallore viris. Ita vet. cod. & vtrumque Pariſienſe, alij omnes, non pallore oris.

prænoſcere diuûm Omina. Quid ſit omen, refert Cic. ſecundo de Diuinatione, quę quoniam pulcerrima ſunt, apponã; Neque ſolum (inquit) deorum voces Pythagorei obſeruarunt, ſed etiam hominum quæ vocant omina; quæ maiores noſtri quia valere cenſebãt, omnibus iccirco in rebus agendis, Quod felix fortunatumq́ue ſit, præfabantur, rebusq́ue diuinis quæ publicè fierent vt fauerent linguis imperabatur, inq́ue feriis imperandis vt litibus & iurgiis ſeſe abſtinerent. Itemq́ue in luſtranda colonia ab eo qui eam deduceret, & cùm Imperator exercitum, Cẽſor populum luſtraret, bonis ominibus qui hoſtias ducerẽt eligebantur, quod item in delectu Coſſ. obſeruãt, vt primus miles fiat bono omine, quæ quidem ſcis à te & Conſule & Imperatore ſumma religione eſſe obſeruata. prærogatiuam etiam maiores omen iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt. Sabellicus, cùm hic legeretur, prænoſcere omina, cenſuit legendum, pernoſcere omnia, quod mihi non placet. Simile quoque vitiũ in verſus Tibullianos irrepſit;

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi
Rettulit è triuiis omnia certa puer.

Quos ita lego;

Illa ſacras puero ſortes ter ſuſtulit, illi
Rettulit è triuiis omina certa puer.

Nec virum doctiſſimum qui contemta & veterum & vulgatorum librorũ auctoritate legit, rettulit è triuiis omnia certa puer, audiendum exiſtimo: nam ſiue loquatur de loco vbi dabantur per ſortes oracula in Fortunæ templo; ſortes autem manu pueri verſabãtur; vt eſt apud Cicer. eodem de diuinat. lib. ſiue ſignificatur locus vbi ſortes verſabantur ad lunã, lectio cõuenit. fortè eodẽ ſpectat verſus Propertij lib. I

Sæpe illa inuentæ cauſata eſt omina lunæ.

aera pennis. Ita vet. cod. reliqui omnes, aëra pinnis, ſimile eſt illi Virgiliano;

Et volucrum cantus & præpetis omina pennæ.

quandoque datur. Quando oraculum deorum audiſtis, quando & illi ſpem faciũt maxima à nobis deſignari poſſe, non

non ſolum deorum reſpõſis; verum & viribus veſtris fidite: omnes vulgati; quantiſque datur, malè.

decurrens vertice. Catullus de eod. Princeps è vertice Pelij. Aduênit Chiron, portans ſiluestria dona.

procul oſtentabat. Vet. cod. oſtendebat, alij, oſtentarat. Ex hoc loco, quemadmodum ex Apollonio, Orpheo, Claudiano, & aliis, manifeſtum euadit, quo tempore profecti ſunt Argonautæ, non ſolùm Thetidem Peleo nupſiſſe, ſed etiam Achillem ex ea ſuſcepiſſe & Chironi educãdum tradidiſſe. à quibus Catullus iure quodam ſuo diſſentit: ait enim Thetidem Pelei amore tum captum fuiſſe, cùm ad vellus aureũ vna cum reliquis Græciæ principibus nauigaret. quod verum non eſſe etiam ex ſuperioribus argui poteſt. nam ait in naue nuptias pictas fuiſſe.

paruus lituos. Erat lituus genus buccinæ incuruę quo Romani ad acuendos militum animos vtebantur in prœliis. Ennius citante Feſto.

Inde loci lituus ſonitus effudit acutos. Virgil.
Primus equi labor eſt, animos atque arma videre
Bellantum, lituoſque pati.

Plura apud Agellium lib. 1. c. 11. Aliud eſt lituus apud Tullium primo de Diuinatione virga nẽpe auguralis qua templum deſignabant.

Omnibus inde viæ. Ita omnes vulgati, vet. cod. Inde magis. ſic infrà vbi alij diduxere, ibi deduxere, atq. ita ferè vbique legitur.

Cœperat à gemina. Placuit Sabellico vt etiam omnibus antiquis libris reclamanribus pro eo quod vulgati habent, deſcendere, legatur diſcedere. videntur enim ea quæ coniuncta ſunt nauigantibus, paullatim ſeparati. quod non diſplicet, ſed cur geminam Abydõ vocat? an quod ei obiaceat Seſtos & quaſi geminæ exiſtimentur, cùm triginta duntaxat ſtadiis (vt tradit Strabo) inter ſe diſtent? an propter parilitatem & ſimilitudinem ipſarũ? ſic infra. Gemino frater cum Caſtore Pollux.

Impatiens ſomni ductor. Alludit ad Homericum illud; Non decet principem ſolidam dormire noctem. vnde Virg. ſæpe reliquis aut ſomno aut cibo indulgẽtibus Aeneam aut vigilantem facit aut certe excitat.

At

At pius Aeneas per noctem plurima voluens. Rurſus,
—Aenea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Et,
—Vigiláſne deûm gens Aenea? vigila.

Viſa coronatæ. Ipſam nauim accipio, per græcam figuram, etſi non ignoro ſuis nauibus deos deáſue tutelares dari, niſi carinam intelligamus quæ loquaciſſima fuit, vt mox dicetur; Carinas autem olim coronari ſolere vel ex ſolo Propertio ſatis conſtat lib. 2.

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ. Et,
Ecce coronato pars altera vecta Phaſelo.

Chaonii'que vides Hũc verſum qui in omnibus libris hactenus excuſis illum ſequitur, fidens ſuperis'que mihiq́ue, huc tranſferendum curaui, ſecutus vet. cod. miror certè neminem ad hunc vſque diẽ id animaduertiſſe, ne ipſum quidem, qui hos verſus propè tacitus præterit, interpretem.

Aequora tecum. Maſerius, Aequora (inquit) deos maris tibi propitios, vt Idmonis & Mopſi docuerunt vaticinia; quo commento nihil eſt inſulſius & magis abſurdum, ne quid grauius dicam in hominem non malè de hoc noſtro poëta meritum.

Fatidicu auellere ſiluis. Dodona ſilua in Epyro Ioui ſacra eſt, vbi & eius templum oraculis illuſtre viſitur, & duæ columbæ quercubus inſidẽtes, ſortes petentibus reſpõdere ſolent. hinc Tibullus lib. 2.

Sed tibi iam videor Dodona verior augur.

Ouid. 13. Meta. Vocalemq́ue ſua terram Dodonide quercu. Cic. 1. de diuinat. Dodonæum eſt oraculum. Vnde factum eſt vt ipſæ arbores loquerentur, & Argo fatidica appellaretur, in cuius carinã lignum fuiſſe impactũ à Iunone ex Dodonide fago, quod quandoque humana voce loqueretur, prodidit Apollonius. Eius hæc ſunt lib. 4.

αὐτίκα δ' ἄφνω
ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων
αὐδῆεν γλαφυρῆς νηὸς δόρυ. τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
στεῖραν ἀθηναίη δωλωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Quo in loco vulgati Pariſiẽſes malè habent δωλωνίδες pro δωδωνίδος; non igitur temere carinam hic loquentẽ facit. Quin & Lycophronis interpres, ſcribit Iaſonem cum ſociis quadraginta nouem conſcendiſſe Argo quæ λαλησάτην εἶχε

τὴν

τὴν τρόπιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυός. hoc eſt, carinam habebat loquaciſſimã ex Dodonide quercu. ſed innumera ſunt huius rei & apud Latinos & apud Græcos teſtimonia. Cl. Claudiani carmen attuliſſe ſuffecerit. ſic itaque canit:

———Licet omnia vates
In maius celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Mineruam;
Nec memoris tantùm vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed cæſo, monitu Iouis, augure luco
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.

Incertus. Alij legunt, i certus, vetuſtiores, incertus, quod melius conuenit rei propoſitæ. niſi quis coniecturam meam non improbans legere malit, i, incertus.

Mitte metus, Ita vet. cod. omnes vulgati, mitte manus. per manus, manuum in cælos extenſio ſignificatur.

Mynias ſimul. Senſus hic paullò intricatior eſt. vult enim dicere Mynias omnes ſub ortum Auroræ, qua ſurgente, mare collucebat, Iaſoni in conſpectum oblatos fuiſſe, criſpans autem actum denotat; Maſerius cum vtroque codice Pariſienſi legit. menſas ſimul, & interpretatur nõ tam ad quas accumbitur, quàm quadras & dapes: quod neutiquam placet, nec quid velit ſatis ſcio.

tenſas in marmore. Qui hunc locum exactius inueſtigare volet, conſulat Seruium ſuper Virg. lib. 7. & in lento luctantur marmore tonſæ.

tuba Martia buxum. Buxum in ſacris Cybeles adhibitam docet Virg. lib. 8.

Tympana vos, buxuſque vocat Berecynthia matris
Ideæ.

raucos ad litoris. Sic legendum, non autem vt vulgati habẽt, paucos ad litoris, nemo ſanus dubitabit. eſt enim aptiſſimum epithetum, ita Virg. lib. 6. raucum fluentum vocat.

Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta.

Et Statius lib. 1. Thebaid. raucum litus.

——Tum demum litore rauco
Multa metu reputant.

Pontum'que, Cretam'que. Ita omnes libri impreſſi, in quo verſu explicando plerique Grammatici inſigniter laborarunt. Iacobus Mycillus qui vt plurimũ auctoritates à Niniuita

niuita citatas emendat, nam Deſpauterius hoc omni cura egiſſe videtur vt mendoſiſſima omnia alleget, dicit Cretam hic Scythici loci nomen eſſe, ſi modò rectè habeat verſus, & non potius ſit legẽdum, pontumque, fretumque. nam apud Apollonium eius loci aut nominis nulla ſit mentio. Chriſtophorus Landinus ait Cretam cuius Flaccus meminit, in Scythia eſſe. Quintianus Stoa, fluuiũ in Scythia eſſe aſſerit; hæc vt ne veriſimilia quidem ſunt, ita quæ B. Egnatius, Io. Pierius & Maſerius afferunt dicentes, legendum, pontumque Cytáque, etſi veriſimilia videantur, falſa tamen eſſe oſtendam. quid enim commune eſt Ponto cum Cyta, deinde non eſt alibi Cyta, ad cuius diſcrimen debeat Schyticus dici; Poſtremo, vet. cod. meus ſine vlla litura habet, Põtumque polumque. quæ non paullo commodior lectio eſt.

ſigniferum cratera minantem. Monuerunt me quidam non indocti, hic non legendum, ſignifero cratere Nyſantem, vt omnes vulgati habent, ſed ſigniferum cratere Mimantem, cuius Horatius meminit;

- Sed quid Typhoeus & validus Mimas?

Quibus tantiſper aſſenſus ſum, dum veram lectionem aſſecutum me putarem; videbam enim hæc duo nomina, Mimantem & Pholum, inter ſe minimè cohærere poſſe, niſi legeretur, Nec leuiore; verùm exemplar manuſcriptũ nactus in quo hæc erat ſcriptura, ſigniferum cratera mĩnãtem; plane geſtiens à priori ſententia deſciui. Virg. imitatus eſt qui tertio Georg. inquit,

Bacchus & ad culpas cauſam dedit, ille furentes
Centauros leto domuit, Rhetumque Pholumque
Et magno Hylæum Lapythis cratere minantem.

Per ſigniferum cratera, accipio vaſtum aliquem ſcyphum non alium ab eo quàm Ouid. 12. Met. in pugna Centaurorum & Lapyth. celebrat.

Forte fuit iuxta ſignis exſtantibus aſper
Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Aegides; auerſaque iecit in ora.

Nam quem hic ſigniferum, ille ſignis exſtantibus aſperum dicit; prætereà Steſychorus Lyricus, ſcribit Pholum impleuiſſe Herculi trium lagenarum craterem quem ipſe prius obbibiſſet, amplius fuerit oportet qui quatuor & viginti

ſextarios caperet: verba aſſcribam.

Σκυφίον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον
Γίεν ἐπισχόμενος, τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος κεράσας.

Meminit & eius crateris Statius quem duo iuuenes vix portabant. & hinc illud Iuuenalis eſt;

——Vrnæ cratera capacem
Et dignum ſitiente Pholo. vt monuit Iunius.

Tholum. De hoc nuſquam legitur, quod facit, hac vt in parte ſubſcribam Sabellico & cod. Lugdunenſi, qui Pholũ, legunt, præſertim cùm & Aeſon & Pholus illi bello interfuerint; nec obſtat his quod Ouid. Theſeum craterem illũ in alium conieciſſe dicat: Virgil. verò Hylęum Lapythis, (quemadmodum Valerius, Pholum Aeſoni) minitatũ ſcribat; fieri enim potuit vt dum plures minitarentur; vnus tandem coniecerit. Quod autem verbum minandi iunxit acquirendi caſui; id & Poetis & Oratoribus familiare eſt. Cic. Tuſcul. primo. Theodoro cùm Liſymachus Rex crucem minaretur, iſtis quęſo, inquit, horribilia minitare purpuratis tuis. Horat. Od. 9. Epod.

Minatus vrbi vincla.

Deis vt dent noſtro. Baſileēſis cum aliquibus excuſis, de iis, video noſtro: quod cacophaton eſſe cùm ſentiret Maſerius, putauit legendum Deis videam noſtro; ſed nec ſic poëta intelligi poteſt. melior lectio eſt vet. cod. Vota deis vt dent, ait enim tale quid ſe à diis optaſſe & optatum tuliſſe.

Soluerat amplexu. Ita vet. cod. alij omnes. morãtis ſoluerat amplexus.

Criſtatus gemino. Alluſum eſt ad nomen cometæ. nam, vt ait Plinius, Cometas Græci vocant, noſtri crinitas horrentes crine ſanguineo. hos verſus vt pleroſque alios, quos longum eſſet adferre, ex Apollonio tranſtulit,

ἤλυθε δ᾽ ἀστερίων αὐτοσχεδόν. ὅν ῥα κομήτης
γείνατο δινήεντος ἐφ᾽ ὕδασιν Ἀπιδανοῖο
Πειρεσίας ὄρεος Φυλλήϊου ἀγχόθι ναίων.

Quanquam nullum addit Cometæ epithetum, cur verò à noſtro, dicatur Cretęus aut Clænęus à Clęnęo promõtorio; vt alucinatur Maſerius, certè non video. quare ſeruaui vet. cod. lectionem: ſi quis alteram priorum malit & ſolidam rationem attulerit, me ſibi ſocium habebit.

Segnior

Segnior Apidani. Rationem ob quam ſegniorem dicat ſuperius retuli,quas enim alij vires dant Apidano, eas Strabo tribuit Enipeo, vt ſit plane credendum alterum alterius concurſu & concitatione egere.de hoc Apollonius;

ἔνθα μὲν ἀπιδανός τε μέγας καὶ δῖος ἐνιπεύς.
ἄμφω συμφορέονται ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντες.

Iphitus. Malè Lugd. Argentorat. & Pariſienſis, Iphirus. nam & Apollonius & Orpheus Iphitum Argonautis adnumerant,de quo Papinius;

Iphitus acer agit,genitor cui nuper ademtus
Naubolus Hippaſides, tuus ô mitiſſime Lai
Hoſpes. adhuc currus ſecuraque lora tenebat.

Iphiri verò,pauci meminerunt, nec eum Nauboli filium fuiſſe conſtat.

valida Climenus. Stephanus nig. ex Pauſania Climenum quendam nominat Arcadis filium ab Hercule Idæo oriundum,qui ex Creta in Græciam venerit,& certamen renouarit, ſtatueritque aram Herculi auo. Idem habet Solinus de Iphiclo (vbi,veluti & hic, veteres quidã libri habent, Iphitus, qui certamen Olympiacum, quod Hercules in honorẽ ataui materni Pelopis ediderat, inſtaurauit poſt excidium Troiæ, anno 480. Apollonius Clytum quendam nominat, Climeni non meminit. Iphiclum autem Iaſonis auunculũ fuiſſe canit.

ſudantem pondere. Cùm in vtroque Pariſienſi & Veneto legeretur, ſudantem, vitio librarij Argentoratenſis irrepſit ſundantem. id obſeruans Gryphius & qui eum ſecuti ſunt, temerario quodam caſtigationis genere, ſubſtituerunt, fundantem pondere, quod iam omnibus vulgatis codicibus turpiſſimè inhæret.

caſus'que tuos. Græca figura eſt, quod Maſerius non intelligens, arma (inquit) Phaleri, ſerpentis forma accipiemus. hanc fabulam enarrans Egnatius ait, Phalerus Alconem patrem habuit ſagittandi, vt ferè omnes Cretenſes, peritia celebrem:qui cùm Phalerum infantem adhuc draco ſpiris implicuiſſet,ea arte arcum intẽdit, vt draconem confixerit puero illæſo,qua de re elegans apud Græcos Epigrãma legitur. Phalero poſtea Athenienſes vt Iaſonis comiti, aram erexerunt.

Ter

Ter quater. Etſi,quotquot vidi antiqua exemplaria hoc in loco conſentiant legendo, Te quater, minus tamen & mihi & Egnatio & doctioribus,id Poeticum videtur. atq. hæc lectio melior eſt.

Nec Peleus fretus. Ita vet.cod nō,vt vulgati,Peleus frętus.

Phlias. Vet.cod.hic mendoſi ſunt qui legunt,Pelyas,neque enim is inter Argonautas aut ab Apollonio aut ab Orpheo recenſetur, ſed Phlias ab vtroque nominatur.

portat cælataque. Lora è corio bubulo quibus inſutæ ſunt maſſæ plūbeæ addito etiam ferro : iis enim pugiles magno diſcrimine inter ſe dimicabant,tametſi aliqui putent Cęſtū nihil aliud fuiſſe quàm corium bubulum manibus implicitum, quo ictus hoſtiles minus ſentirentur ; hoſtes verò grauius ferirentur . hinc illud Plautinum , Vbi viuos homines mortui incurſant boues. vulgati omnes , portat celer ærea: Maſerius,portat celer inſita. vet.cod. portat cælataque, optime.

Eurotan. Fluuium Laconiæ qui Spartam alluit & à quodam Eurota Miletis filio nomen deſumſit:is enim ſtagnantes aquas per eam regionem foſſa deduxit in mare, vt latius Rhodiginus lib.x.

Sed non Iphi. Nam is in bello,quod Aeetes contra fratrem geſſit,occubuit,vt dicetur lib.7. vbi Iaſon queritur eum occidiſſe.

Quoque meus(*inquit*) veſtris cecidit pro mœnibꝰ Iphis.

Plęrique,inter quos Philippus Engentinus,putarunt legendum ,ſed non Iphitus; ſic enim omnes codices præter Pariſienſem & calamo exaratum habent, nec viderunt ſe ſyllabam natura breuem producere .antiquior Pariſienſis legit, ſed non Typhi tuis.quod, vt hic recipiamus, nō video ſanè quo modo in carmine ſeptimi libri iam citato admitti poſſit .

Felices Admete. Admetus Rex erat Pheræorum , cuius armenta fingitur pauiſſe Apollo; cùm Olympo à Ioue ob interfectos Cyclopas expulſus, in terris exſularet , & hæc eſt opinio Euripidis apud quem Apollo id cōqueritur. Rianus & Callimachus Poetæ Græci, Admeto Apollinem ipſius amore captum ſeruiiſſe tradunt,quos ſequitur Tibullus lib.2

Pauit & Admeti pecudes formoſus Apollo,

Nec cythara, intonſæ profuerantq́ue comæ.
Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis
Quicquid erat medicæ vicerat artis, amor.

Apud eundem lib. 3. Apollo ita loquitur;

Sæuus amor docuit dominæ fera verba minantis,
Sæuus amor docuit verbera poſſe pati.
Me quondam Admeti niueas pauiſſe iuuencas
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.
Tunc ego nec cythara poteram gaudere ſonora,
Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos:
Sed pellucenti cantus meditabar auena
Ille ego Latonæ filius atque Iouis.

Ouid. quoque epiſtola Oenones ad Paridem;

Ipſe repertor opis vaccas pauiſſe Pheræas
Fertur, & à noſtro ſaucius igne fuit.

Cum verò apud Admetum perquam humaniter eſſet acceptus eo quòd effeciſſet, vt omnes vaccæ gemellos parerēt, vt refert Apollodorus lib. 11. Bibliotheces, (licet Pius dicat, omnes eum boues in feminas cōuertiſſe) à Parcis obtinuit vt Admeto cùm eius fuiſſent deuoluti fuſi, liceret mortem effugere, ſi quem alium inueniſſet qui capitis ſui diſpendio vitam eius redimere vellet. Ceteris autem omnibus recuſantibus, Alceſtis mariti vitam, ſuę prępoſuit; qua defuncta aſſiduę lugubres quædam nenię apud Admetum decantabantur, donec Proſerpina iis mota remitteret Alceſtidē, aut, (vt quidam dicunt) donec Hercules expugnato Orco eam ad ſuperos reduceret.

Felices. Ita vet. cod. & ſic omnia antiquitatis veſtigia.

Geræſto. Sic legendum, non vt plerique vulgati habent, Geraſto. vide Strabonē lib. 10. Melam lib. 2. Solinum cap. 29.

Lynceus. Horat. ——Ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis.

Apuleius, Vides hominē ferreum & inſomnem, certè perſpicaciorem ipſo Lynceo. Cic. Varroni. Quis tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurratur? Plinius naturalis Hiſtor. lib. 2. cap. 12. Nouiſſimam primāq́ue lunā nullo alio in ſigno Lynceus quàm in ariete eadē die vel eadem nocte conſpexit, id quod paucis mortalium obtigit.

obtigit. Plutarchus, commento aduerſos Stoicos, ait famã fuiſſe de Lynceo quòd ſaxa & arbores oculorum acie penetraret. Apollonius verò ſcribit hunc Lynceum vſque adeo perſpicacem fuiſſe, vt etiam quę apud inferos fierent, peruideret.

Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο
ὄμμασιν· εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον
ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Et hoc ideo, quia ſunt (vt ſcribit Lycophronis interpres) qui tradãt Lynceum, primũ reperiſſe fodinas metallorum.

fraterque ceruchos. Rudentes, quaſi τὰ κέρατα ἔχοντες: ſuas verò habent hi in puppe anſas, ad quas religantur: propterea tremulos dixit, Apuleius lib. 8. puppis intorta cerucho, vbi multa Beroaldus ſcitu digna habet, & Cœlius lib. 30. cap. 10. Lucanus etiã bis ea dictione vſus eſt lib. 8. Inſtabit ſummis minor vrſa ceruchis: & lib. x. ſummique arſere ceruchi. de his Virgilius intellexit, dicens, Cornua velatarum obuertimus antennarum: nam (vt apud Macrobium lib. 5. cap. 11. diſſerit Aſclepiades) naualis veli pars inferior, patera ſeu ptera vocatur, media τράχηλος dicitur, ſumma Carcheſium: & inde diffunduntur per vtrumque veli latus ea quæ cornua appellantur.

fiſſaque fluctu. Ita omnes vulgati, præter Maſerium & librum Pariſiẽſem qui legunt; fixaque fluctum. vet. cod. feſſaque lucta. prima lectio maximè placet.

rapuit pauido. Sic vet. cod. & vterque Pariſienſis. recentiores omnes, rupit pauido, ineptè ſimili comparatione alicubi vſus eſt Virgilius.

Annuit, Inoas. Non (inquit) Aeetes inſtitit apud Phryxum vt ſibi eum fœdere adiungeret, nec manibus nouercæ ſubtraxit, ſed caſu quodam ad Colchos delato & ſocietatẽ roganti annuit, nam non ſolùm eum non admiſit, verùm etiã filiæ dignatus eſt cõiugio. vnde dicitur, videt è Graia nunc ſtirpe nepotes: non autem, vt omnes impreſſi habent, videt è grata, tametſi & hoc aliquo pacto recipi poſſit. Annuere verò dij dicuntur cùm ratum quid eſſe volunt, vt apud Homerum Iliad. α Thetydi Græcorum perniciem roganti Iupiter annuit. Virgilius.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Nec id tantùm Ioui proprium eſt,quemadmodum nõ nulli voluerũt,ſed etiam Neptuno & fortaſſè omnibus aliis diis. De Neptuno Ouid.lib.8.Met.

——Mouit caput æquoreus Rex,
Concuſſitque ſuis omnes aſſenſibus vndas.

Hæc mihi vt hinc. Ita vet. cod. alij omnes, hic mihi cur, prius malo.

Atque ego. Sic vulgari.vet.cod.vtque ego,multo melius.

animæque parentum. Hæc eſt ſcriptura libri manuſcripti. vetuſtior Pariſienſis,animæque parenptum:recẽtiores, animæque peremptum.

Propior de. Medeam Interpres intelligit, quam proximè rapturus erat Iaſon, vnde dolor propior concipiẽdus eſſet. ego de Helena dici credo, quod latiùs explicans ait, Veniet Phrygia nam paſtor ab Ida, &c.etſi,inquit, grauiſſimus dolor futurus ſit, nihil tamen magis in fatis eſt.

Dona ferat. Lugd.liber.damna ferat,quę lectio mihi quidem non paullò magis arrideret, ſi vetuſtate niteretur.

ſumma mouendo Experiar. Vet.cod.ſumma mouebo Experiar,idem vtraque lectione ſignificatur.

Me primum. Horum verſuum intricatiſſimus fuit ordo, tum propter lectionum variationem, tum propter diſtinctionem, vt taceam perturbatum ſenſum, in quo eruendo mirum in modum quidam ſe torſerunt. is autem mihi talis eſſe videtur; quemadmodum non ante deuictos Titanes & Gigantes rex impoſitus fui mũdo,id eſt cælo (ſic enim multi ſcriptores ea voce propriè vſi ſunt, vt Lucretius.

Magni ſidera mundi: Catullus,
Concuſſitque micantia ſidera mundus.

Et Cic.2. de nat.deor. Mundus eſt quaſi communis deorũ atque hominum domus,atq. vrbs vtrorumque. eadem habet lib.3.de finib.bon.& malo.quin & Nemeſianus Ecloga prima.

Quem nunc emeritæ permenſum tempora vitæ
Secreti pars orbis habet,mundus'que piorum.

Et paullo poſt,

Nam ſi ſublimes animæ cæleſtia templa
Sidereaſque colunt ſedes, mundoque fruuntur.

Ita vobis præeundo inſtitui difficilem acceſſum ad cælum. ipſe

Ipſe etiam Bacchus & Apollo non niſi iiſdem gradibus in cælos aſcenderunt. hæc mihi videtur eſſe vera & diſtinctio & lectio; nihil tamen certi affirmare auſim. vbi legunt vulgati, mea primùm, &, conſtitui, vet. cod. habet, me primũ, & inſtitui.

latumque profundum. Cùm hæc verba Maſerius non intelligeret, maluit coniectura vſus legere, latumque profundum: fortè, altumque profundũ: altum enim pro mari apud hunc Poetam & Virgilium frequens eſt. niſi malis profundum pro mari accipi, veluti apud Claudianum.

Inuenta ſecuit qui primus naue profundum.

Et aliâs ſæpe.

Polumque, infelixque fretum. Iuuenalis.

——Clames licet & mare cælo

Confundas, homo ſum.

Virgil. lib. v. de Iunone extrema omnia tentante;

——Maria (inquit) omnia cælo, Miſcuit:

Et paullò diuerſius, 12.

——Non ſi tellurem effundat in vndas

Diluuium miſcens, cælumque in tartara ſoluat.

Quæ congeſſi, vt melius appareat ſuperius rectè legi. Schyticum metuens pontumque polumque.

in monte chalybs. Sic liber calamo exaratus. alij, montemque chalybs, prorſus abſurdè. qui cum hoc loco contulerit Virgilium primo Aeneid. operæpretium maximum fecerit: eum enim hic in pleriſque imitatus eſt ita, vt maiori expoſitione non egeat.

tollere harenus. Ita vet. cod. & omnes antiquiores: Varronẽ tamen ab ariditate deduxiſſe teſtis eſt Seruius.

antennaque. Sic liber manuſcriptus, & aliæ antiquitates. nec placet Perottus dictũ innuens quod ante ſe habeat amnem, quaſi antemna ſcribendũ ſit. dicitur autem ab an quod priſcis circum erat, & tenendo: eſt enim id quod Carcheſion nominauimus.

Terras ſpe pelagi. Qui ſic legunt, amaram quandam inſultationem eſſe exiſtimant. alij verò pro quibus vet. cod. facit, linquite terræ Spem pelagi, addentes iis qui mare ingrediuntur, nil præter mortem obuerſari debere, quandoquidẽ ea non maiori quàm vnius aſſeris interſtitio à nauigantibus

Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

Heu luerim. Ita legendum eſſe, non vt omnes vulgati habent, hæc luerint, ſatis patet ex ſequẽti, tua numina Rector, Iam fuerint meliora mihi. nam dux pro ſuorũ ſalute & incolumitate ſollicitus, quicquid periculi aliis incumbit, ſibi id deberi cenſet.

Poſcet honos. Variè hic locus legitur: in vetuſtioribus excuſis, paſcit honos: recentioribus, poſcat honos. Senſus eſt, vbicunque, quocunque denique nomine coleris & loci veneratio requiret, ibi ego, cetera ſubticentur.

dextræque ſequuntur. Ita Philippus Engentinus legit; quæ lectio non diſpliceret ſi vetus aliquis codex eam probaret; in libro manuſc. & vetuſtioribus excuſis, dextraq. ſequentũ, in recentioribus dextręq. ſequentũ, vtvt legeris, per dextras, manuũ in cælos extenſionem (vt dixi) intelligo, quod in obteſtationibus ſupplices facere conſueuerunt; apud Virgiliũ Aeneid. lib. 2. Sinõ Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.

Fuſus humi. De quo hic loquatur, interpretes inter ſe contendũt. ego de Pelia patre Acaſti intelligo qui etiam abſens filij ſui curam geſſerit. quod verò dicit, ferus ille, de Iaſone accipiendum eſt.

cornua ſæua Thyoneus. Eodem epitheto vſus eſt Horatius 1. Carm. ode 17. nec Semeleius cũ Marte confundet Thyoneus prælia. Vbi ἀπὸ τοῦ θύειν. Commentarius deductum putat, eo quòd illi adhuc in viuis agenti ſacrificabatur; alij verò ἀπὸ τῆς θυώνης τῆς σεμέλης. nã Semelẽ Pindarus Thyonen appellat. Scholiaſtes Apollonij Argonauticon primo, eam ſic dictam aſſerit quòd Bacchus in choris concitatus fuerit. Cur autem Baccho cornua dentur, refert Diodorus lib. 4 Ammõ traditur galea in bello vſus, cuius inſigne fuerit Arietis caput. Sunt qui dicant eum paruula in temporibus habuiſſe cornua, ideoque filius eius eodem fingitur aſpectu, poſteriſque traditum eſt hunc cornua geſtare, vnde & Bacchæ cornigeræ ſunt dictæ quòd numinis perſonam imitantes cornua ſumebant. ratio quam alij comminiſcuntur minus eſt probabilis; in vetuſtiori Patiſienſi legitur, cornua ſæua Thyone: in aliis omnibus, cornua ſæua Thyoneus.

natiſque Lycurgum. Vet. cod. Lygurgum, & ita bis in eo ſcriptum inueni. ſimiliter in alio manuſcripto exemplari

nam magnam vim habet repetitio illa quin,quin,maiorem certè quàm ſi legas cum omnibus vulgatis libris,quem fida manus quem,ſine vllo commodo ſenſu.

victam ſi voluere molem. Poſt hunc, verſus aliquis deſideratur.in vulgatis legitur,fata velint,ſi ſumma dies ſubuerterit orbem:ſed cum vterque Pariſiēſis, Aldinus,Bononienſis, & quotquot ſunt Argentoratenſes vetuſtiores libri , ignorant. Itaque nō immerito ſuſpicor Engentini eſſe , qui & alia ſua carmina,ſub caſtigationis titulo, huic Poetæ inſeruit . vet. cod.Iupiter & primę velit omnia reddere maſſę.ſed,ne quid diſſimulem,margini adſcriptus eſt,ita vtiure de eius fide dubitari debeat , atque adeo neutrum Valerij eſſe Iouem lapidem iurarim.

Sunt geminæ. Totus hic locus facillimè ex 6. Virgilianæ Aeneid. intelligi poterit.

LVDOVICI CARRIONIS IN SECVNDVM LIBRVM VALERII FLACCI, SCHOLIA.

Iamque fretis. Vult dicere eos poſt tergum reliquiſſe Pelion,montem Theſſaliæ verſus Orientē (vt tradit Herodot. lib.7.& meminit Lucanus lib.6.)vbi Orni conſitę erāt,quarum cacumina fretis coæquata videbantur. malè hic itaque in omnibus prędo impreſſis, legitur, Iamque freti, cùm vet. cod. habeat, fretis, quo in caſu ſæpe & apud hunc & apud alios Poëtas reperitur.Horatius lib.2.carminum.

Vnda fretis tulit æſtuoſis. Fretum autem ab vndarū fremitu , Varroni nomen inuēnit , ad ſimilitudinem feruentis aquæ,quod in fretum concurrat æſtus atque feruefcat:

Intrantemque Amyron. Argentoratenſis & Lugdunenſis,intrantemque Myrin : vetuſtius Pariſienſe , cùm manuſcripto & aliis,Intrantemque Amyrin.Maſerius,Intrantēque Amyron,quam lectionem retinendam cenſui : eſt enim Amyros fluuius Theſſalię in mare Aegeum decurrens,cuius Apollonius poſt Schyaton meminit . litorea quoque vrbs eſt non longè à Melibea ſita,vnde Cētauri Amyræi dicti ſunt. quid

vero Myris aut Amyris ſit,nec apud Græcos nec apud Latinos legi.

Pallene. Thraciæ oppidum ; Phlegra & Cherroneſus antè dictũ, vt ex Eudoxo refert Stephanus, cui Pallene Sithonis Cletique(vt Egeſippus ait)filia à ſe nomen dedit.gigantum bello inſigne fuit : verùm Theagenes aliter hiſtoriam hanc narrat ; Pallene, inquit, quæ veteri nomine Phlegra dicebatur, homines tenuerũt quibus immanitas & ſuperbia morum gigantum nomen dedit. in hos prælium ineunte Hercule,fulmina de cælo viſa ſunt ferri,donec ſe fugæ commiſerunt,magnaque victoria ſuperati ſunt,vnde rumor in vulgus belli contra deos manauit. idem ferè habet Eudoxus. Mela.lib.2. cap. 2. Pallenen inter Thraciæ loca recenſet & ſoli tam patentis eſſe refert, vt quinque vrbium ſedes ſit atque ager. vide Herodotum lib.7. Quod alij Achaiæ vrbem eſſe putant,decepti videntur vnius litteræ immutatione: eſt enim Pellena oppidum Achaiæ ad Sicionem: Euſthatius in catalogo Πελλήνη, inquit, πόλις Ἀχαΐας &c. Pallanam in Laconia ſitam narrat Strabo.Iam quod apud Plinium legitur,Phalenas oppidum eſſe iuxta Phlegram, vbi gigantes ſunt fulminati,mendoſum eſſe ſuſpicor,& Pallene legendũ contenderim. Ouidius extremo 15.Meta.

Eſſe viro fama eſt in Hyperborea Pallene.

Exſtruxit. Ita vet. cod. quod ſuadet compoſitionis ratio teſte Scauro Grammatico.

Horror abeſt. Cùm Ouidius variis in locis hæc duntaxat attingat, Poëta noſter pleraque omnia recẽſet,vbi aliquando iure quodam ſuo ab aliorum opinione recedit,quibus in hoc tamen adhæret,quod Typhoeum ſub Aetna iacere affectat. Ouid.lib.4.Faſtorum.

Alta iacet vaſti ſuper ora Typhoeos Aetna.

Nam & Strabo lib.13.ex Pindari auctoritate ſub Aetna cruciari ſcribit : ceteris enim gigantibus in Phlegra monte interfectis, ſolus Typhoeus effugit. vnde eum poſtea bellum illud inſtauraſſe,quidam tradiderũt: Homerus verò 2.Iliad. quem Virgilius imitatus eſt, eũ Inarimæ monti (qui & Pithecuſa à figulinis doliariorum Plinio lib.3.cap.6. dicitur) ſuppoſitum: Enceladum verò (vt & Callimachus) Aetna preſſum fabulatur. Virgil.3. Aeneid.

Fama

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemque inſuper Aetnam
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis.
Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum ſubtexere fumo.

De Typhoei cubili, memoratu digna tradũt Solinus cap. 51. Apollonius lib. 2. Argonaut. ibíque Scholiaſtes. Heſiodus verò Theogonia Typhoeum Terrę ac Tartari filium vocat, cuius manus robuſtæ, pedes indefeſſi erant, ex humeris pendebant centum capita draconis, ex oculis admirãdorum capitum ſub ſuperciliis ignis micabat, omnia capita variè loquebantur, & omnium animalium ſonum exprimebant. hęc aliaque portentoſa Heſiodus. Ceterùm cùm ſub Aetna crucietur, rectè dixit Poëta eum à Phlegra abeſſe, vnde erroris conuincuntur, qui, horror adeſt, cum vulgatis legunt.

torquentemque anguibus vndas. Pindarus & Olympiis & Pythiis centũ illi capita draconũ tribuit; & ἑκατοντακάρανον appellat: Ariſtophanes Nebulis, eũ vocat ἑκατοντακεφαλατυφῶ. Heſiodus (vt diximꝰ) idẽ ſenſit. quare falli mihi videtur Scholiaſtes Pindari, dum apud eũ numerũ certũ pro incerto acceptũ vult. fabula exſtat apud Ouid. quinto Meta. & Horatium 4. Od. tertio lib. carminum. Strabo Typhoeo & draconis capita & ſerpentinos pedes dat, quo Poëtam reſpexiſſe dicet, qui hic leget, torquentemque anguibus vndas: qui verò malit, torquenteque ignibus vndas, referet ad id quod dictum eſt, ſacras reuomentem pectore flammas, per quas fulmen intelligo quo ictus erat. quæ commodior interpretatio eſſe videtur.

Trux ille eiectat. Putat Sabellicus potius legendũ, eructat, quàm eiectat, eo quòd magis aures impleat: ego vero nihil lubens contra veterum librorum conſenſionem mouerim. Ouidius quoque à me ſtat v. Metam. cuius verſus adſcribã.

Nititur ille quidem tentatque reſurgere ſępe,
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro,
Læua Pachyne tibi, Lylibæo crura premuntur,
Degrauat Aetna caput, ſub quo reſupinus harenas
Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.

De Virgilianis verſibus quibus ſe Sabellicus defendi exiſtimat poſſe, quid dicendum ſit, conſule Phauorinum apud Agellium

Agellium lib.17.cap.10.

rupto ſonuit. Malè vtrunque & Pariſienſis & Bononienſis, rupta ſonuit.

In caſſum decimæ. Maximus omnium fluctuũ decimus eſt, hinc Ouidius 1. de Triſtib.

Qui venit hinc fluctus fluctus ſupereminet omnes;
Poſterior nono eſt, vndecimoque prior.

Et alibi;

Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus vndæ.

Lucanus quoque lib.2.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat.

Accuratè his de rebus diſputat Politianus Miſcel.cap.86.

Millus in ore. ſic cod.vet.alij, nullus in orbe.

in imo decidit Euro. Ita vulgati.vet.cod.in vno decidit Euro. Argentoratenſis, in imo decidit auro, malè.

tantus Orion. Sidus eſt quod in ſuo ortu & occaſu tempeſtates acerrimas concitat, bella & cędes ſæpe portendens; quod fingitur in formã iuuenis enſe accincti, qui precibus Hyriei deorum hoſpitis e Iouis, Mercurij, Neptuniq́ue vrina genitus fertur; & cùm venator euaſiſſet egregius, iactaretq́ue ſe quodlubet animal aut monſtrum, quod terra produceret, cõfecturum; terra ſcorpium emiſit, cuius ictu peremtus, & in ſidus conuerſus eſt; vt narrat Ouidius quinto Faſtorum. atque inde fit vt oriente Scorpio, occidat Orion. Heſiodus Neptuni filium eſſe ait; Homerus autem Odyſſ. 2 à Diana ſagittis cõfixum aſſerit. lege varias opiniones apud Hyginum & Aratum de Orione & Diana.

Numquam conditur. Ita vet. cod. alij, nunquam conditus. malè. ſic Virgilius Georgicωn primo.

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum perq́ue duas in morem fluminis Arctos,
Arctos, Oceani metuentes ęquore tingi.

vox inde repens. Hanc fabulam Vulcanus matri ſuæ apud Homerum Iliad.α.recenſet; repens autẽ hic idem eſt quod ſubita & repentina, vt apud Lucretium lib.5.

At pater omnipotens ira tum percitus acri,
Magnanimum Phaëtonta repenti fulminis ictu
Deturbauit.

Et Virgilium Aeneidos 12.

Quo ruitis? quoúe iſta repens diſcordia ſurgit?

Et illud apud Cic. Tuſcul. 3. Ne me imparatum cura laceraret repens. Vt & Statium Thebaid. 7.

——Voeiſque repens ſingultus, apertum
Intercluſit iter.

Sic Liuius lib. 1. Repens ex agris in vrbē tumultus allatus, pro nuncio fuit. Falli itaque omnes conſtat qui ne ſyllabā quam, repo, longam habet in repens breuē conſtituant, vox inde recens, legere malunt, contra veterum librorum fide, ſubnexam ſcripturam.

Famamque vagam. Elegans eſt hæc famæ deſcriptio nō abſimilis illi Virgilianæ lib. 4. Aeneid. ab illo verſu:

Fama malum quo non aliud velocius vllum:

Vſque ad illum,

Tam ficti prauique tenax, quàm nuncia veri.

Ouidius 12. Meta. ita eius domum deſcribit.

Orbe locus medio eſt, inter terraſque fretumque
Cęleſtemque plagam, triplicis confinia mundi. &c.

videt illa prior. Egregiè mores, affectus & geſtus eorum depingit, qui nouitatis auidi quiduis inquirunt & cognoſcere geſtiunt, ac pleraq. priuſquam facta ſint pro factis recenſent; adeo fama futurorum prænuntia eſſe ſolet: malè vulgati cod. habēt, vidit illa, nulla carminis ratione habita.

ad Aequoream. Lemniacæ mulieres cùm ob fœtorem hircinum à Venere immiſſum à viris cōtemnerētur, iniuriam vltæ ſunt, & eos è Thracia reuerſos vna omnes nocte trucidarunt, pręterquam Hypſiphile quæ patrem Thoantem ſeruauit. cecinerunt hoc & alij & Papinius Thebaide: noſter verò aliam cædis cauſam affert: ait enim famam à Venere ſparſam fuiſſe: Lēniacos repudiatis vxoribus ſuis Threſſas mulieres domū ducturos; atq. id Lemniacas indignatas maritos ad vnum omnes confeciſſe. bellè itaque Venus famā alloquens, hinc (inquit) tibi principia deſumenda ſunt, vt ad rabiem & furorem Lemniacas concites.

Huc tibi principia. Ita vet. cod. vulgati omnes, hæc tibi principia; prius malè.

Et primum Eurynomen. Hunc verſum liber calamo exaratus ignorat, quāquam de fide eius nihil dubito. nā & Apollonius

lonius Eurynomes meminit. ſed libentius legerim, ad proxima, quàm vt vulgati libri habent, ac proxima; atque ita ſanè legendum contendo.

manet illa viro. Sic cod. Bononienſis & manuſcriptus; alij, manet illa viros, quorũ vtrũque cõmodè interpretari licet.

reputant quæ. Quidam legunt, reputant, & poſtea, mulcent, de miniſtris eius intelligẽtes: alij, reputãs ac mulcens, ęquè bene.

proles præclara Dorycli. Doryclum quendam nominat Homerus 2. Iliad. nothũ Priami, quem Aiax in bello Troiano interfecit: alterius verò Dorycli nuſquam mentionem inuenio.

Scu ſimus vt ſimiles. Vulgati cod. Scis ſimile vt flammis ſimus genus, adde cruentis Quod patruum ſeruire Dahis: vet. cod. Scis ſumus vt ſimiles flãmis, genus adde cruẽtis Quod patruum ſeruire dabis. Maſerius multis ac variis teſtimoniis adductus mulierum genus ſimile flammis eſſe, aſſerere conatus eſt; quaſi id duntaxat ageretur. ego dicam quod ſentio, ex neutra me lectione ſatis commodum ſenſum elicere poſſe.

Toros virgata. Virgatas veſtes olim dictas fuiſſe Iulius Pollux tradidit, quibus purpureæ virgæ intexebantur; poſtea vero ſimpliciter purpureas veſtes aut barbarico more variegatas, de quibus etiam hic locus accipi poſſit, virgatas dixerunt. Virgilius,

Virgatis lucent ſagulis: vet. cod. Toros ingrata, Lugdunenſis & Bononienſis, toros iurgata; ſed magis placet lectio vtriuſque Pariſienſis, toros virgata: ait enim eam quæ plauſtro aſſueuerat, iam purpureis veſtibus ornatam aut barbarico ritu veſtitam, lemniacarum toros turbaturam.

eadem retrahitque auditque. Solemus in magnis difficultatibus nouis plerunque rumoribus exanimari, & ſi quid audiuerimus, alios docere, ſi quid alij, ab iis diſcere, & hoc eſt quod ait trahitq. auditq. aut vt vet. cod. eadem retrahitque auditque. nam vtriuſque Pariſienſis libri lectio, eadem trahitque auditque, ineptiſſima eſt.

iamque oſcula. Ita vet. cod. vulgari vero, atque oſcula, non æquè bene.

Culmen agi ſtragemque deum. Optat patriam potius incendio

dio conflagrare, quàm hæc patiatur; per deos quorum ſtragem precatur, non templorum (vt Maſerius) euerſionem intelligo, ſed deos penates qui ſumma apud veteres in religione habiti fuerunt; nam peregrè profecti cùm domum reuerterentur, ſimul atq. ciuitatē intrabāt, nihil prius habebāt, quàm vt deos penates ſalutarent. Ter. Phorm. Deos penates hinc ſalutatū domum diuortar: & Chryſalus Plaut. de hero peregrè adueniēti loquens, Deos, inquit, atq. amicos iit ſalutatū ad forū, idq. nō aliā ob cauſam quàm quod in domibus, mortuorū monumēta aliquādo fieri cōſueuerūt; & eorū manes, deos Penates effectos credebant; quæ aliquorum eſt opinio; alij aliter ſentiunt, de quibus latiſſimè diſſerit Arnobius iis ſeptem, quos aduerſus gentes conſcripſit, libris; & Ludouicus Viues in Auguſtinū De ciuitate Dei. vet. cod. fulmen agi. malè.

vrbem vt fugiens. Ita vet. cod. alij omnes, vrbem aut fugiens, adiecta prima littera operarum culpa.

Ilicet arrectæ. Ita matris infantem reiicientis impietas & verborum improbitas Lemniacarum patientiam expugnauit, vt ſub pietatis prætextu, reduces viros ſuos excipientes interfecerint; eſt autem ilicet (pro quo in vulgatis malè legitur, illic) deſperantis ſignum. Virgilius. Ilicet obruimur numero. Terentius Eunucho; Actum eſt, ilicet, periit. Idem Heautontumorumeno; Ilicet ne te admiſce. Et Phormione: Hoc nihil eſt Phędria, ilicet, quid conterimus operam fruſtra? vbi Donatus; ſic, inquit, de conſilio iudices dimittebantur, ſuprema verba cùm præco pronuntiaſſet, Ilicet, hoc eſt, ire licet.

Feſta fronde tegunt. Virgilius 11. Aeneid.

Nos delubra deûm miſeri, quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

venientibus adſunt. Vet. cod. aſſunt. ita autem veteres ſcripſiſſe patet ex illo dicterio Plautino, vbi cuidam quæſito, & dicenti, aſſum, reſpondit alter, atque ego elixum malim.

Barathri. Vet. cod. baratri; erat propriè locus Athenis in quem ſontes præcipitabantur; vt apud Lacedemonios in Cæadam; hæc verò pulcerrima eſt comparatio, vbi illud è Virgiliano fonte huc deriuatum agnoſcas,

——Furiarum maxima iuxta
Accubat.

Et,

Et, ——Sedet externumque ſedebit
Infelix Theſeus, Phlegyaſque miſerrimus omnes
Admonet.

Phlegyan. Erat Phlegyas Martis filius, Ixionis pater, à quo & Phlegyę populi inſulani Theſſalię cognominati ſunt; qui cùm ſacrilegi deos & homines ſpernerent, immiſſo à Neptuno diluuio ſubmerſi fuerunt.

amplectitur Hydris. Virgilius,
——Toruoſque ſiniſtra
Intentans angues, vocat agmina ſæua ſororum.

turbine pinum. Vet. cod. turbine pontum; non placet. ſic infrà, aſtricto. vet. cod. adſtricto, optime.

Mauortia coniunx. Quam hic Martis vxorem dicat, multi controuertunt; aliis cum Agellio Nerienem eſſe affirmantibus; Plautus Truculento, Mars peregrè adueniens ſalutat Nerienem vxorem ſuam; aliis eorum opinionem ex eodem Agellio refellentibus; dicit enim Nerienem Martem pacatiorem & mitiorem reddere conſueuiſſe; mihi quin Bellonã dicat dubium non ſit, licet ea Martis ſoror eſſe credatur, quę & Duellona dicitur, vt narrat Lactantius de falſa religione lib. 1. cap. 2. Bellona quæ & Duellona dicitur ſoror Martis virtutiſque Dea eſt: cui (inquit) ſacerdotes non alieno ſed ſuo cruore ſacrificãt, ſectis namque humeris & vtraque manu diſtrictos gladios exſerentes, currunt, efferantur, inſaniunt.

verbere victas. Ita vulgati omnes. vet. cod. verbere ductas.

Hic aliud Venus. Virgilij carmen expreſſit, qui 2. Aeneid. ita canit.

Hic aliud maius miſeris multoque tremendum
Obiicitur magis, atque improuida pectora turbat.

Et illud quod ſequitur, Vnde ego tot ſcelerum facies? ex Virgilij 6. Aeneidos deſumptum videri poſſit, Quæ ſcelerũ facies ô virgo effare? adeo diligens eius qui viuidum quoddam Poëtæ omnibus numeris abſoluti exemplar repręſentauit, imitator fuit.

Vnde ego tot. Poëtæ res magnas & horrẽdas narraturi, earum recordatione à narratione deterrentur, & huiuſmodi exclamationes præmittunt; Sic Maro Troiæ excidium deſcripturus,

Quis cladem illius noctis? quis funera fando
Explicet? aut poſſit lachrymis æquare dolorem?

Exequar. Vet.cod.exſequat ab ex & ſequor;non ab ex & equor.

Oculos preſſere metu. Ita vet.cod.alij õnes,oculos preſſere viri. eſt premere oculos idem hîc quod claudere vt in illo, preſſiſque oculos & vulnera laui, & apud Ouidium Epitaphio Tibulli, Hic certè manibus fugientes preſſit oculos; ita,inquit, nimio timore perculſi oculos claudebãt,vt nec fœminarum numerum nec formam animaduerterent.

Preſſoſque toris. Vet.cod. prenſoſque toris.

Quos ſternere Beſſi. Sic Papinius.

Inſula diues agris opibusque armisque virisque,
Nota ſitu, & Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incurſu,non hoſte,nec æthere læuo,
Perdidit vna omnes orbata exciſaque mundo,&c.

Et Virgilius lib.2.Aeneid.

——Captique dolis lachrymiſque coacti,
Quos neque Tydides,nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem,non mille carinæ.

Sunt autem Beſſi populi ad Hæmum montem, qui ob latrocinia latrones vocantur. Strabonem vide lib.7.& Solinum cap 15. de his Ouidius lib.de Ponto.

Viuere quam miſerum eſt inter Beſſoſque Getaſque.

His cruor. Ita rectè in veteribus libris legitur. nec me mouet Sabellicus arbitratus legendum,it cruor, rationem nemo non videt.

Addunt'que domos. Malit Maſerius legere,obduntque domos,ait enim,ſenſus eſt, quædam domos occludunt, quædam obſident, deceptus opinor interpunctionibus. at ego cum id,quod in omnibus legitur, ſenſum nihilo deteriorẽ imò non paullo meliorem efficiat, nihil muto. vult enim dicere quaſdam ignem in domos conieciſſe & domorum partes conuelliſſe, interea verò viros domo ſeſe proruẽtes, vxores,quæ limen obſidebant, offendiſſe; ita in vet. cod. meo diſtincta ſunt. nec quicquam difficultatis habent.vet. cod. iniciunt,alij,iniiciunt.

Sed dura. Vet. cod.dira quod magis placet. eſt enim dirum deorum ira immiſſum, vt ait Varro, vnde etiam Cic.

Tuſcul. lib. 3. diritas protulit ;vt ſiqua iniecta caſu diritas foret.

Hypſipyle. Eadem hæc narrat Apollonius lib. 1. Pindarus Pithys ait quidem Argonautas in Lemnō appulſos fuiſſe, ſed non ante quàm aureo vellere potiti à Colchis redirent, quod nouè dictū eſſe annotauit eius Scholiaſtes;non enim in reditu,ſed in profectione ad Colchos in Lemniacas inciderūt,vt Orpheus,Rhodius,Flaccus, & Ouidius canunt.

Miſerere retine. Sabellicus: etſi per ſe ſtat ſenſus, vide tamē,inquit,an rectius miſer ecce tene,legi poſſit,vt ad præſentem rerum ſtatum referatur.Maſerius cum vet.cod.miſeræ retine,legit:Lugdunenſis & Argentoratenſis,miſerande tene ;quorum quodlibet eorum ſententiæ facilè prætulerim,qui vel,ecce tene,vel, miſerere tene, legendum cenſent.

in limine tygres. Obiecto à nouerca furore Liber vagus ad amnem Meſopotamiæ deuênit, cui tranſire metuenti adſtitit Tygris & deum tergo impoſitum in vlteriorem ripā tranſtulit, atq. ex eo Tygris in Bacchi tutela remanſit,vnde Bacchi ſacerdotes eius pellibus velātur,quod Virgilius, Ouidius,& Claudianus cecinerunt; Aurelius quoque Nemeſianus Ecloga 3. quę elegantiſſimas Bacchi laudes continet idem innuit,ſic enim ait.

Te cano qui grauidis ederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas,qui comtos palmite Tygres
Ducis, odorato perfuſus colla capillo.

Quibus allatis tantiſper contentus ero, dum pluſculum otij nactus & Calpurnij & Nemeſiani Bucolica ab infinitis mendis repurgata in lucem emiſero.

Pampineamque quatit. Haſtas viteas in Bacchi ſacris fuiſſe ex hoc loco conſtat, & ſic illud Nemeſiani Eloga eadem intelligo,

——De vitibus haſtas
Ingerit.

pro, viteas haſtas ingerit. huc etiam referendus eſt locus Virgilij Ecloga quinta.

Daphnis & Armenias curru ſubiungere Tygres
Inſtituit,Daphnis Thyaſos inducere Baccho
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

Eſt

Eſt enim periphraſis Thyrſorum: Ouid. 3. Meta.

Pampineis agitat velatam frondibus haſtam:

Et, Vt quas pampinea tetigiſſe Bicorniger haſta
Creditur.

Nec omittere poſſum quę Flauius Blondus de Roma triũphante lib. 2. ſcribit, Bacchanalia Libero patri Baccho dicata, temporis longitudine per Autumnum Saturnalibus paria, maiore luxu celebrata ſunt; nudi enim viri cum nudatis omnia membra mulieribus, matronis, viduis, & virginibus ad ſacra conueniebant; quę non niſi nocturna erant, caput omnes pariter femoraliaq́. pampinis & vuarum racemis cincti; alios item vuarum racemos in manu tenebant; & tumultuario inuicem commixti cœtu, in ſublime ſaltãtes, variaque geſticulatione, brachia, ceruicem, caputq́ue mouentes, carmen inconditum Baccho cantabant, nec prius erat ſaltationis modus quàm defatigati & toto corpore vacillantes partim reſupinarentur, proximioribus inhærentes, partim in pauimentum fanatici amẽteſq́ue procumberent, vt rectè ſenſerit Marcus Varro talia niſi ab amentibus fieri non potuiſſe. Macrobius ait & Liberum patrem tenere Thyrſum, quod eſt latens telum, cuius mucro edera lambente protegitur. Diodorus ſcribit Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres Thyrſis armatas: Tacitus, Meſſalina crine fluxo Thyrſum quatiens.

Vt pater, &c. Ita vet. cod. alij ineptiunt legẽtes, vtq́ue pater niuea tumeant vt.

Cornua mitra. Mitrarum in ſacrificio Liberi patris vſum fuiſſe ſatis indicat illud Propertij lib. 3.

Cingat Baſſaricas Lydia mitra comas.

per ſcyphum intelligit cantharum, Bacchi poculum anſatum, quo & Silenus eius alumnus apud Maronem vtitur.

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Non eſt ſilentio prætereundum ex concubitu Bacchi & Ariadnę, Minois filiæ, Thoantem Hypſipyles patrem natum fuiſſe, atque ea de cauſſa eum in Bacchi templo occultatum fingi; vt mihi quidẽ videtur, nam eius rei nec Apollonius nec Flaccus meminit.

Non patrios. Ita omnes vulgati. vet. verò cod. non patrios buſtis accendere ſaltus; vtram lector lectionem præponat,

ipſius iudicio relinquo, vt & in ſequẽti, vbi Sabellicus melius legi putat, & fuga, quam, at fuga, cuius ſententiæ non ſubſcribo.

Tali poſſum te. Mirum eſt vbique Poëtæ in exprimendis affectibus artificium. nihil enim vehementius, nihil omni affectuũ genere plenius hac Hypſipyles oratione, qua certè Apollonium ſuperauit, qui nihil aliud quàm Hypſipylẽ patri peperciſſe, & naui impoſuiſſe ſcribit: magis autẽ hæc ad Hypſipyles pietatem faciunt, quę de ſalute patris maximè ſolicita eſt, & cui eum credat, diligenter in animo cogitat. Porro, credere (ita enim hic legi debet non reddere, vt vulgaris editio habet) eſt fidei alicuius aliquid committere, Cicero ad Tyronẽ, iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Cæſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas.

Soluimus heu miſerum. Ita vet. cod. vulgat. Soluimus heu ſerum.

dedeuntque piæ. Ita vet. cod. alij redduntque piæ. vtrumque bene.

Arma notant. Eſt hic notare idem quod obſeruare, niſi quis legat, arma natant. Apollonius Lemniacas armis bellicis indutas & bacchantes, ad litus concurriſſe, eò quod Thraces aduentare exiſtimarent; quin & ipſam Hypſipylen in armis paternis vna cum illis acceſſiſſe ſcribit.

dilecta Polyxo. Hanc Rhodius Hypſipyles nutricem facit, quæ erat

Α'υτὰρ ἔπειτα φίλη, τροφὸς ὦρτο πολυξὼ,
γήραϊ δὴ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσιν,
βάκτρῳ ἐρειδομένη· περὶ δὲ μεμαυῖ' ἀγορεῦσαι.

hoc eſt, prę ſenio curuis ſubclaudicans pedibus, baculo firmans gradum, & egregiè promta loqui.

ſed maxima cæte. Vulgati, ſed maxima Thetym. Proteaque ambiguum, Phariis referebat ab antris. vet. cod. Sed maxima cœte Proteaq. ambiguum Pharij ſe patris ab antris, ego legendum ſuſpicor, vt excuſum eſt. ſunt autẽ Cœte piſces in Atlantico mari multarum ſpecierum tãtæ magnitudinis, vt ſi aquis ſupernatent inſulæ eſſe videantur. Plinius lib. 32. ſcribit Cœte ſexcentorum pedum longitudinis & trecentorum latitudinis, intraſſe in flumẽ Arabiæ.

Nobis

Nobis hæc credite. Vet. cod. hæc hoſpita, credite, puppis Adueniet Jemno leuior.

Iphinoe. Breuiter ea narrat,quę Apollonius prolixiùs,qui ſcribit poſt conciliū dimiſſum Iphinoen ab Hypſipyle vocatam,& ei mandatum, vt eum virum arceſſeret, qui dux illius nauigij eſſet, & ſocietatem ipſis, ſi vellent addiceret. poſt Iphinoë ad Minyas digreſſa, cauſam ſuæ legationis rogata exponit, & ea repetit, de quibus antea in concilio actum erat: quam repetitionē velut ſuperfluam vt noſter vitaret, Iaſonem ad Hypſipylen euocatum, ab Iphinoe, veniſſe memorat, nec quicquam de cultu Iaſonis, cui deſcribendo alter diutiſſimè immoratur, attingit.

Deicit. Ita vetus cod. & antiquior Pariſienſis.

faces tenuiſſe iugales. Catullus de nuptiis Pelei & Thetydis & Cato lib. 1. de re ruſtica tædas iugales appellant, Lucanus faces legitimas, Papinius tædas geniales, alij aliter, quæ eleganter Briſſonius libello nuper edito, de ritu nuptiarum congeſſit.

quarto videt imbribus ortu. Quatuor menſes deſignat, licet Antonius Volſcus illud Ouidij

Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit.

ita interpretetur, quaſi Ouidius quatuor annos ſignificare voluerit. cùm tamen Plinium alleget, qui 7. & 20. diebus cum octo horis lunæ curſum peragi tradit;quid quæſo abſurdius dici poterat? niſi annos lunares intelligat. melius Ianus Parrhaſius, quartum mēſem exactum ſignificari annotauit. Ouidius autem diuerſum ab hoc Poëta prodidit. nam is Argonautas in Lemno vſque ad tertium annum hęſiſſe ſub Hypſipyles perſona canit,quæ Iaſoni ſcribens,

Hic tibi bis (*inquit*) æſtas,biſque cucurrit hyems.
Tertia meſſis erat cùm tu dare vela coactus,&c.

Nec id cuiquam mirum videri debet. Quid enim Poëtis cum conſtantia, fide,& veritate?

Longus cæptis. Lugdunenſis & Argentoratenſis cum Florentino,lōgis cæptis & fluctibus arcet,qui metus; Pariſienſis verò,longus cœptis & fluctibus arcent, quem metus; Pariſienſe vetuſtius,longis cœptis & fluctibus arcent,qui metus,vet. cod. longus cœptis & fluctibus arcet quem metus; quod apertè verum eſt.

Ipſe rati inuigilans. Apollonius & Valerius Herculem cū Heroibus è naui non deſcendiſſe, narrat; cùm apud Hypſipylen amoris ac voluptatis cauſſa alij diuertiſſent, quod Phyſici, qui per Herculem fortitudinem & prudētiam intelligunt, non alia de cauſſa à Poëtis confictum arbitrātur, quàm quod è vitæ humanæ actionibus ad illecebras & voluptates non deſcenderit.

Deſertaſque domos. Ita vet. cod. alij, deſertaſque domus. prius malo.

cunctantibus adſit. Vet.cod.aſſit, hic & vbique.

tuis acceſſimus actu. Sic lib. 1. Fraternæ ſi des accedere famæ.

Haud ſecus. Ignauos & inertes decet garrulitas, ſtrēnuos verò & fortes taciturnitas; atque ideo Valerius Herculem pauciloquum inducit: Apollonius autem etſi elegātiſſimā illi orationem tribuat, copioſior tamen eſt, quàm vt Herculi conueniat, ſed non abs re eſſe exiſtimo quod ille dicat referre. eius itaque oratio talis eſt.

Δαιμόνιοι, πάτρης ἐμφύλιον αἷμ' ἀποέργει
ἡμέας, ἦε γάμων ἐπιδευέες ἐνθάδ' ἔβημεν
κεῖθεν ὀνοσσάμενοι πολιήτιδας, αὖθι δ' ἕαδεν
ναίοντας λιπαρὴν ἄροσιν λήμνοιο ταμέσθαι,
οὐ μὰν εὐκλειεῖς γε σὺν ὀθνείῃσι γυναιξὶν
ἐσσόμεθ' ὧδ' ἐπὶ δηρὸν ἐελμένοι· οὐδ' ἐπὶ κῶας
αὐτόματον δώσει τις ἑλὼν θεὸς εὐξαμένοισιν.
ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα· τὸν δ' ἐνὶ λέκτροις
ὑψιπύλης εἰᾶτε πανήμερον, εἰσόκε λῆμνον
παισὶν ἐσανδρώσῃ μεγάλη τέ ἑ βάξις ἵκηται.

Cuius hæc ſumma eſt; o miſeri an nuptiarum egentes huc venimus? an placuit contemtis Theſſalicis mulieribus Lēniacis adhærere, qui quæſo celebres cum alienis feminis erimus? eamus quiſque in patriam; relinquite verò illum in lecto Hypſipyles, donec Lemnon pueris lo.upletauerit, inſigniſque ad ipſum facti gloria redierit.

Obliti fragor. Ita dixit, obliti æris, quemadmodum Virgilius Bucolicis:

Nunc oblita mihi tot carmina.

& ipſe antea; Noſtis inexpertos tentare parentibus Auſtros. Sic Propertius,

Expertæ metuens iurgia ſæuitiæ. Et,

Cùm te complexa morientẽ Galle puella. Liuius lib. I.

Libertatis dulcedinem nondum experta.

clamore magiſter. Magiſter nauium is dicitur, inquit Vlpianus, cui nauis gubernãdæ cura incumbit, vt illud lib. I. nec ſtantes mirabere mille magiſtros, intelligendum eſt: loquitur enim de mille nauibus, quibus Græci Troiam oppugnabant, nam Neſtor poſtmodum bello Troiano interfuit: & eodem libro, Graiis Helice ſeruanda magiſtris; vocat alio loco regem nauis.

Non metuat cui regna ratis, cui tradere puppem.

Et quando. Ita vet. cod. alij omnes, ecquando.

Sceptra gerant. Sic omnes vulgati vet. cod. ſceptra regant.

nunc triſte nef. Ita liber manuſcriptus melius quàm vulgati, tunc triſte.

Sæuit amor. Et hæc eſt lectio veteris cod. alij legunt ſæua magis, planè ineptè.

Sim comes. Mos erat apud veteres, diſcedentes munere proſequi. ſic Helenus Aeneid. lib. 3.

Dona auro grauia ſectoque Elephanto

Et conum inſignis galeæ, criſtasque comantes.

Sic Andromache,

Fert picturatas auri ſubtemine veſtes

Et Phrygiam Aſcanio chlamydem, cui talia fatur,

Accipe & hæc manuum tibi quæ monimenta mearum

Sunt puer, & longum Andromaches teſtentur amorem.

Nam intuitus munerum facit vt eorum recordemur qui nos iis donarunt. optat itaque Hypſipyle vt in muneribus comes eius ſemper ſit. vet. cod. ſim comes. vulgati, ſit comes, malè.

Tunc tenuis it Lemnos. Qui hanc lectionem retinẽt, ad nauigantium opinionem referunt, quibus aſſentirer, ſi ſententiam, non verba ſpectaremus, quanquam quæ ibi ſententia eſſe poſſit non video. Bononienſis, Pariſienſis & manuſcriptus, tunc tenuis Lemnos, quod epitheton non ſatis conuenit niſi tenuem dicamus eo quòd nauigantibus tenuis videatur propter interſtitium. Ego ſanè aliquãdo libentius legiſſem, Tum Tenos & Lemnos, ſed ſyllabę prioris quantitas non patitur.

Electria tellus. Apollonius dicit eos in inſulam Electræ Athlantidos appulſos fuiſſe, vt experti ſacra myſteria horri dum trans mare nauigarent, ſed myſteria commemorare negat eſſe fas, & ſe ab iis recenſendis abſtinet.

Threiciis arcana. Virgilius lib. 7.

Threiciamque Samon, quæ nunc Samathracia fertur.

Et Ouidius;

Sacraque Threicia magna reperta Samo.

Sacra deûm matris ex Samothracia Dardanus in Phrygiã tranſtulit per Deucalionis diluuium, quippe tum obruta aquis inſula ſpiritu diſtentum vtrem pectori admouit, atq. ita in proximum litus enatauit. Myſteria hæc ſunt; in Samothracia initiabatur Cabiris, vt eſt Mnaſæas auctor qui τέσσαρες εισὶ τὸν ἄριθμον, Αξίερσος, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος. ἄξιερσος μὲν οὖν ἐστιν ἡ δημήτηρ, ἀξιόκερσα δὲ περσεφόνη· ἀξιόκερσος δὲ ὁ ἅδης. ὅδε προστιθέμενος τέταρτος, κάσμιλος ὁ ἑρμῆς ἐστιν, vt habet Scholiaſtes Appollonij: hoc eſt, quatuor Cabiri numero erãt, Axieros, id eſt Ceres, Axiocerſa quæ Proſerpina, Axiocerſus qui Pluto, & Caſmilas qui Mercurius dicitur; rectè ne legatur & ibi & apud Ianum Parrhaſium, Caſmilas, potius ne legi debeat Camillus, ſæpe dubitaui: dubitationis cauſa hæc fuit. Macrob. lib. 3. cap. 9. ex Statio Tulliano de vocabulis rerum dicit Callimachum dixiſſe, Tuſcos Camillum appellaſſe Mercurium, qua voce ſignificabãt miniſtrum deorum. Seruius in 11. Aeneid. Mercurius (inquit) Hetruſca lingua Camillus dicitur, quaſi miniſter deorum. Camillus (vt conſtat ex Feſto & Varrone) nominatur in Samothraces myſteriis dius quidam adminiſter deorum; quid itaque dici debeat nondum certus ſum.

Thyotes. Quem prius ſacerdotem dixit, eundem vocat Thyoten, à θύω quod eſt ſacrifico, ſenſus eſt, Thyotes excipit Mynias referans iis ſecreta; niſi quis deûm matrẽ Thyoten malit appellari, eo quod illi ſacra fiant in Samothracia.

Hactenus in populos. Vet. cod. Hactenus in populos vates Samothraca, diemq. Miſſa mane. neutrum ſatis aſſequor, nec mihi vlli hac in parte ſatisfaciunt commentarij. niſi enim dixiſſet, obuius at, ad ſacerdotem Samothracã apoſtrophen fuiſſe exiſtimarem.

Aut liquidi. Ita vet. cod. alij, aut aliqui.

Fluctus venêre. Sic omnes vulgati,vet.cod. Fluctus Idęa, bene.

Ecce repens. Repens idem eſt quod repentè,vt ſupra. Heſionen quidam Laomedontis filiam, alij ſororem eſſe dixerunt,quam virtutis pręmium Telamoni dedit Hercules: quia in prima Troiæ oppugnatione ante omnes Pergama aſcendit: hanc vt repeteret aiunt Paridem in Græciam nauigaſſe,atque eam alterius belli originem exſtitiſſe.

Paſſuſque ſinus. Vet.cod.paſſoſque ſinus, vulgati paſſuſque ſinu.

nec dum tenet omnia. Vet. cod.nec dum tenet omina.

præceps defertur. Vet. cod.defertur bellua.

tum colla tumens. Vet.cod.cùm colla tumens,tum celſior artus.

aërij faſtigia. Eodem modo Ouidius 13. Meta.altam Troiam vocat.

Viſaque & intrata hæc altæ mihi mœnia Troiæ.

Nec vox erarij, quæ in aliis editionibus eſt, huc pertinet.

nox durica. Parum hic difficultatis eſt: ſed placuit Rhodigini verba adferre. Græcorum (inquit) Principes equo Troiano incluſos fuiſſe, nemo ignorat vel ex illo Virgilij,

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri.

Lucretius quoque primo de natura rerum ait,

Nec clam Duratens Troiano Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Grauigenarum;

Qua ratione videtur Flaccus ſcriptum reliquiſſe, nox Duria,ex emendatione Politiani, hactenus ille. Similia ſunt apud Politianum Miſcellaneis; Plautus vero Bacchidibus totam hanc equi Troiani fabulam ſub Chryſali ſerui perſona lepidiſſimè narrat.idem autem valet apud Lucretium Durateus,quod apud Plautum,ligneus equus; eundẽ Pauſanias Atticis Durium nominatum tradit, Epeiique fuiſſe machinam bellicam, ad perfringendos muros comparatã. ſed vt ad rem redeam,malim & ego,pręſertim cùm veteris libri,quem Angelus ſe vidiſſe teſtatur, auctoritate nitatur, legere vnica littera immutata,Durica, quã Dorica,tametſi vet.cod.meus & omnes alij repugnent.noctem verò Duricam latebras & cæcam, vt ille canit, equi Troiani aluum

 accipio,

accipio:aliter Maſerius qui noctē, inquit, dicit, qua equus Duricus à Troianis in vrbem admiſſus eſt.

Luſtris. Pius & Politianus legunt, fatis, quam ego germanam ſcripturam eſſe non arbitror; alludit enim ad decennale bellū, quo Troia expugnata fuit. q. d. nihil de temporis quo Ilium exſcindi neceſſe eſt, ferrea & immobili ſerie immutatum eſt, quin poſt exactum decennium equus Durateus Troiam maneat.

plura vocatis. Vet. cod. plura vocantis Annuet ille dies promiſſa infida Tyranni. vulgati, plura vocatis Annuit ille deis. &c.

quondā ſine nomine. Nūc vero Helleſpontū dictas; eas deſcribit Mela cap. I. Catullus rapidū appellat Helleſpontū.

Quæ paſsim rapido diffunditur Helleſponto.

Ouidius verò longum; longus in anguſtum qua clauditur Helleſpontus, vet. cod. quondam ſine numine, quod non omnino reijciendum eſt.

vittataq;. Ita vt aufugerat; ſolent enim qui immolandi erant, vittis redimiri, vt Sinon ille Virgilianus loquitur.

——Mihi ſacra parari,

Et ſalſæ fruges & circum tempora vittæ.

Hanc autem orationē Helles non habet Apollonius, ſed recto ordine nauigationem eorum deſcribit. Lugdunenſis liber, vitataque, malè.

Fortuna nepotes. Vet. cod. fortuna penates, ſic infra vbi legitur, hic prima pio ſollemnia Phryxo. vet. cod. celeres hic prima piacula Phryxo.

Vina inuergens. Quidam inepte legunt, immergens, vt liber Lugdunenſis, & Baſilienſis habent: eſt autem inuergere vocabulum expiationibus & ſacrificijs aptum. Virg. lib. 6. AEneid.

——Frontique inuergit vina ſacerdos.

Plautus Curculione. Ipſum expecto tangere, inuergere in me liquores tuos ſino ductim.

Stupuitq́; fragore. Vet. cod. ſtupuitq́; fragorem.

Pythiamq́; vadis. Hanc vrbē inter Pariū & Lamſacū Apollonius Pythieā appellat, nec quicquā ad rē facit quod pleriq. hic legunt, Phtiamq;: nā id ſola operarum incuria accidit.

Lamſacus. Ita vet. cod. hic & alibi. Lamſacum deſcribit

Cicero actione Verrina tertia;Oppidum in Helleponto eſt Lamſacum, Iudices, in primis Aſiæ prouincijs,clarum & nobile. Homines antè ipſi Lamſaceni tum ſummè in omnes ciues Romanos officioſi; tum præterea maximè ſedati & quieti, prope pręter ceteros ad ſummū Græcorū otium potius quàm ad vllam vim aut tumultum accommodati.

celſi que vident. Hunc locum cùm eleganter expoſuerit Baptiſta Pius ex B. Auguſtino 7.de Ciuitate Dei,ſuo honore fraudandus non eſt.

Dextramque amplexus. Vet. cod.dextraq; amplexus.

Afferat.Vet. cod.efferat.

LVDOVICI CARRIONIS IN TERTIVM LIBRVM VALERII FLACCI, SCHOLIA.

Tithonia ſoluerat vndas. Vet. cod.vmbras,quod melius eſt: ſequitur enim, exueratque polum, nimirum vmbris,nam propriè de nocte dicitur.ſic apud Virgilium.

Obſcura in nocte per vmbram.

Dat Cererem lectumque. Libri Lugdunenſes, Baſil.Argentoratenſes,Da Cererem lętumque,quod quomodo intelligendum ſit, ſciunt ij qui illis editionibus pręfuerunt. cod. vet. habet vt excuſum eſt; lectum verò pecus eo modo dicit,quo Virgilius.

——Lectas de more bidentes.

Abſceſſu lacrymans. Poſt hæc verba in omnibus vulgatis finis huius verſus & principium proximè ſequentis,deſiderantur,vbi ſtupenda eſt eorum temeritas qui hunc Poetam ita in omnibus lacerarunt,vt ne ſui quidē ſpeciem retinuerit,quod an vllo in altero æque contigerit, ignoro. mirari ſanè ſoleo quibuſdam hunc interpretari aggreſſis non ſuboluiſſe vulnus hic pluſquam Chironeum latere.

Clyte variauerat. Pariſienſis vtraq. editio,chlamydem variauerat.vet.cod.ditem variauerat.rectius Engentinus,Clyte,quàm ita deſcribit Apollonius.

Μιν ἔτι οἱ κατὰ δώματ' ἀκηρατος ἦεν ἄκοιτις
ὠδίνων μέρθπος περκωσί ὃ ἐκγεγαῦια
Κλειτὴ ἐϋπλοκαμος; τὴν μὲν νέον ἐξέτι πατρὸς
Θεσπισίοις ἔδνοισιν ἀνήγαγεν ἀντιπέρηθεν.

In vet. cod facilis error eſt ex affinitate d & cl. ſic poſtea quidam legunt, miſit in arma Daraps, alij miſit in arma Claraps.

Muneribus primas. Hoc illud eſt hemiſtichium, quod in ſuperioribus deſiderari admonui, huc verò ſcioli, volente, nolente ſenſu, violente traxerunt. ſuperius autem ita legi debet ex vet. cod.

Cyzicus abſceſſu lachrymans, cui tradit amicis
Muneribus, primas coniux Percoſia veſtes
Quas dabat. &c.

veloque Procneſſon. Ita legit Maſerius, ſubijciēs, Exiguum oppidum eſt procneſus iuxta Cephaleniam, nunc vero nomen inſulæ eſt & legitur Procneſus prima breui vt Ichneumon. eadem fere habet Niniuita, & mutam cum liquida eſſe contendit; librorū excuſorum vicio deceptus. cod. vet. velo Proconeſſon. quis eſt, qui de eius ſcripturæ veritate ambigat? Plinius lib. 5. cap. 32. Inſulæ in Propontide ſunt ante Cyzicum, Elaphoneſus vnde Cyzicenum marmor, & Proconeſus; in quem Plinij locum hæc Hermolaus Barbarus; hæc (inquit) ex Diogene Cyziceno qui Proconeſſon & Phoeben & Alanem & Phyſam & Opynſam & Gonimos & Liparas ijs in locis inſulas enumerat. Mela. lib. 2. cap. 7. Proconeſon non autem Proconeſſon appellat.

Et te iam. Vet. cod. & Cæam, quæ lectio an vllo modo recipi poſſit, videant illi quibus & otium & veteres libri ſupperunt. Deſcribit Cæam Plinius lib. 4. cap. 2. Straboni quoque inſula eſt in mari AEgeo quaternas continens vrbes, vnde Tetrapolis dicta eſt; Ouidius epiſtola Cydippes.

Inſula Corycijs quondam celeberrima nymphis
Cingitur AEgeo nomine Cæa mari.

Rhindace. Vet. cod. Rhundace, qua ſcripturam etiam alij probāt. vide Melam lib. 1. cap. 19. & Strabonem lib. 12. Plinium quoque lib. 8. cap. 9.

Cyllaceon ab. Vet. cod. Scyllaceon vnda, quod Philelphi opinionem adiuuat, dicentis apud Virgilium legendū eſſe,

Cau-

Caulonìſque arces & naufragum Scyllacæum.
admiſſo cretico.ſanè in antiquiſſimo & elegantiſſime deſcripto Virgiliano exemplari quod in Bibliotheca facultatis artium Louanij aſſeruatur, ea legitur lectio; ſed aliam ſcripturam, quæ habet,

Caulonìſque arces & nauifragum Scylacæum.
doctis pleriſque magis placere intelligo; inter quos eſt Cornelius Valerius vir omni liberali doctrina politiſsimus, cuius iudicium apud me oraculi inſtar eſt. nam is & Virgilium & Ciceronē longo vſu ita ſibi familiares fecit, vt parum, parum autem? imo nihil in iis eſſe exiſtimem, quod ipſum fugiat. Solinus Scyllacæum ab Athenienſibus conditum eſſe aſſerit, alibi etiam, regionē Scyllacęam cum Scyllæo oppido nominat. Barbarus in Plinij lib.6.cap.4. putat Valeriū Scylacęon pro Scylace poſuiſſe. libro quoq. 5. cap. 30. apud Plinium pro Scylace reponit, tametſi meminī me adhuc puerum in Pomponij vet cod. Cylace ſcriptum obſeruaſſe. Hæraeus Scylacen vrbem circa Cyzicum ponit. Herodotus Placiam & Scylacen pelagios ad Helleſpontum habitaſſe refert.

Demittitque oculos reſolutaque: Vet.cod. dimittitque oculos ſolataque. priorem lectionem malo.

lucis ad horas. Politianus legendū arbitratur, lucis ab oris, quod forſan (inquit Maſerius) pro horis poſitum eſt, luce ſiquidē orta repetit antra quæ noctu reliquit maiorem hominibus noctu formidinem incuſſurus. Bonon.& Lugd. ad horas, vetuſt. Pariſienſ. ad ortum. vet.cod. ad ortus; quarum vtramuis lectionem nemo eſt qui aſpernandam putet.

Gorgon. Ita vet.cod. vulgati verò Gorgo, inter illos eſt & Lugd. qui etiam ſequēti verſu legit, ſparſit & infernis, Orichalca ſonora, pro Orichalca ſonoro, &, ſparſerit, quod operarum negligentia, quæ in hoc poeta excudendo inſignis fuit, accidiſſe arbitror.

Num peruigil armis. Maſerius qui omnia inoffenſo pede præterit, nuſquam hæret, ſubſiſtit nuſquam, hęc exponens, vtrum (inquit) peruigil regio populuſque ex conſuetudine, foret. quam interpretationem ſi quis admittendam putauerit, miror quem is verborum ordinē obſeruaturus ſit. nemo enim facile mihi perſuadebit ne hic verſum deeſſe ſuſpi-

ſuſpicer.in vet. cod.meo ſubiungitur, hoſtis & excit; dent obuia pręlia Colchi, ſed in margine æque tamen vetuſta ſcriptura. Colchos autẽ nominat,quòd ſe in Colchiã delatos arbitrarentur, & ita ſequẽs illud intelligo Optatos huc affore credite Colchos.Siue igitur is Germanus eſt,ſiue nothus, aliquis certè deeſt. fortaſſis erunt qui legent, num peruigil hoſtis:at hoc conijcere eſt.

Inſonuit,mouitq́ue ratem.Vet. cod. Inſonuit monuitq́ue ratem rapere obuia cęca Arma manu.forte ratem poſuit pro Argonautis,græca figura.

Princeps galeam. Virgilius 9.AEneid.

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

Princeps autem hic primùm ſignificat, vt apud Liuium & Salluſtium ſæpe.

Aegiſono quam nec.Maſerius per hæc,intelligit Bellonam; quod non probo, neque enim eam ægide vti vſquam legi.AEgis autem propria Palladis eſt, vnde Lucanus lib. 2. eam Palladiam vocat.

Palladia ſtimulet turbatos ægide currus.

Horat. lib. 2.carm. Contra ſonantem Palladis ægida. Sic apud Pindarum Olympijs, virgo nigram ægida tenens appellatur Pallas eo quòd ſit belli dea; ſubdit enim, Iouis fulminantis nata Pallas &c. fingitur ea ſcuto caput Meduſæ à Perſeo reſectum, colubris refertum geſtare.hinc Virgilius.

AEgidaque horriferam,turbatæ Pallados arma
Certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibant.

Arpacration AEgidas vocatas eſſe olim nexus & plicaturas è coronis factas & retia per coronas plicata teſtatur.veri ſimile itaque eſt ab huiuſmodi retis ſimilitudine vel ad loricam vel ad ſcutum ægida tralatum eſſe.Martialis.

Accipe belligeræ nudum thoraca Mineruæ,
Ipſa Meduſeæ quo tumet ira Deæ.

Noſter quoque lib. quarto.

Prima coruſcanti ſignum dedit AEgide Pallas

Et lib. ſexto. ——Ipſaque Pallas
AEgide terrifica.

AEgiochus verò Iupiter dicitur,nõ quòd(vt Scholiaſtes Pindaricus vult)AEgidem ſcutum à Vulcano fabrefactum gerat,cui capra inſculpta eſt in gratiam eius capellæ,à qua in Creta

in Creta educatus eſt; ſed ab ἀιξ & ὀχῶ quod puer à capra Amalthea fuerit nutritus: vel quòd, cùm aduerſus Titanes bellum moliretur, capræ pelle, cuius lacte infans nutritus erat, ex oraculo pectus munierit. inde enim AEgis appellatur, vt refert Muſæus & Hyginus. Lactantius autem Iouem capellæ corio, non in thorace, ſed in ſcuto vſum fuiſſe dicit.

vmbonibus hærent. Vet.cod.vmbonibus vrgent.

Et Tydeus. Vet.cod. Tydeus melius.

Experiar. Vet.cod. opperiar: recte. eſt enim opperiri (ita Feſtus ſcribendum docet) exſpectare animo experiundi; cùm itaq. cupiat pugnæ ſibi copiam fieri, & aliquem offerri qui cum manus conſerat, melius opperiar quàm experiar legitur.

Quo ſteteris. Ita vet. cod. Lugd. verò Baſilien. Argentor. qui ſteteris, quod non placet.

Ochenij. Ex hoc loco Stoa & Niniuita de prioris ſyllabæ quantitate iudicant. Ego nuſquã alibi de eo legi. certè vet. cod. habet, Olenij: quod an rectius hic conueniat, neſcio, cùm Apollonius neutrum nominet, & in huiuſmodi nominum rationem anxie inquirere, quòd rei parum habeant, curioſorum ſit.

circumdedit. Vet. cod. circũuenit, melius: ſequitur enim, præfulgurat enſe, alioqui erit enallage temporis.

Vina dapeſque remota. Vet.cod. Vina dapeſque remotæ.

In quo omen. Ita vet.cod. alij in quo omnes, non nulli, in quo omen manſere.

Conſeruere manus longe &c. Vet.cod. Conſeruere manu, & longè. priorem lectionem malo; cõſerere enim manus, latiniſſimum eſt, Suetonio, Iuſtino, alijſque Hiſtoricis familiare; atq. adeo ipſi Ciceroni ſępiſſime. Vnus locus occurrit qui eſt ad Atticum; At illum ruere nuntiant iam iamq; adeſſe, non vt manum conſerat (qui cum enim,) ſed vt fugam intercludat. Hinc vetus Poeta, Non è iure manu con ſertum, ſed mage ferro. Quid ergo? an non cõſerere manu, æque latinum eſt? ſubſiſto, atque aſſenſionem, vt ille dicebat, inhibeo.

decurrit ab vrbe. Vet. cod. ab arce, quod magis ad illud Virgilii accedit. AEneidos. 2.

Laocoon

Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.

De more. Et hic vitio librarij Lugdunenſis & Argentor. legitur, de mure:

Anceus Achelum. Vet cod. Ethelum, eâdem ambiguitate qua ſuprà, Olenij. cum enim Poeta ea nomina confinxerit minimè in iis laborandum eſt.

Deiectaq́; ora ſecuri Diſiecit. Ne eadem vox repeteretur aut ſenſus parum conſtaret, legit Sabellicus, diſſecuit aut deſecuit, cui non repugno, niſi cum vet. cod. legas delicataque ora, cum tamen delicatus à delicio aut potius contra (teſte Sexto Pompeio) dicatur, nihil auſim aſſeuerare.

Linquite ait ferro. A Egid Maſerius & Bap. Pius legunt, linquite ait ferto, quod eſt lauti ſacrificij genus, indecēs enim eſſet, inquit, Pius, ſi eadem dictio repeteretur, Deinde vocabulum opima, cum ferto congruit: affert loca ex Lucilio, Feſto, Catone & Plauto, quę adducere lōgum eſſet: in quorum duobus poſterioribus lectionem vulgatam emendat, in Catone, pro cultro facito ſtruem & ferrum: cultro facito ſtruem & fertum. In Plauti Amphitrione, pro quin facto opus eſt, legit quin ferto opus eſt, vide cap. 148. poſt annotationes, editio Engentini & Lugd. linquite ait feretro: cætera omnia tam vulgata quam calamo exarata, linquite ait ferro, nec mihi ea repetitio inornata videtur, imo ſponte accerſita ad maiorem vim. vet. cod.

Has precor exuuias ô prima cadauera noſtro
Linquite ait ferro.

Iudicet æquus lector.

Gnauet. Ita vet. cod. non vt vulgari, manet, apud Cic. quoq. ij de Oratore in exemplari calamo exarato ſic ſcriptum inueni: Iam mihi videor operam gnauaſſe, cum huc venerim.

Simul ſocios. Sic vet. cod. vulgati libri, ſimul potius, vbi heptimimerim, vt ſæpe ante, cauſatur Maſerius inepte.

Phlias. Hic & vt primo libro mendoſe legunt veteres libri, Pelias.

Dum campi. Miror quis hæc interpretari poſſit quæ Maſerius tacitus tranſit, ni vet. cod. nobis ſubſidio eſſet, legēs, dux campi, vbi iam nihil difficultatis reſtat: Iaſonem enim intelligi certum eſt.

Zelyn & Broten. Ita vet. cod. alij Zelen, Apollonius ſanè

Zelyn

Zelyn nominat, Maſerius legit Brontem his verbis Apollonij (vt credit) commotus: ἠδὲ μεγαβρόντην; vbi vnica dieſt, Hartungus vertit Megabrontem. nihil ergo his obſtat opinio Maſerij.

Hinc Alyn. Vet cod. hinc Halyn & ita ſcribendum eſſe tam Græci quàm latini oſtendunt. Halys eſt Fluuius Cappadociæ inter Chalybes, decurrẽs iuxta Lycaſtũ ciuitatem, inſignis victoria Manlij Vulſonis, & clade Gallogræcorũ de quo apud Ciceronem ſecundo de Diuinatione libro;

Cræſus Halyn penetrans magnam peruertet opum vi?

Vide Solinum cap. 57. Melam cap. 21. lib 1. hic autem viri proprium nomen eſt.

Protinus inſignem. Vet. cod. Prothin & inſignem, atque ita à Poeta ſcriptum fuiſſe præſtare auſim. de Protheo, quanquam eundem eſſe non credo, multa ſcribunt Stephanus Euphorion: veritatem autem Hiſtoriæ prodit Diodorus lib. 2. & Herodotus lib. 2. Homerus autem, & hunc ſequutus Virgilius, Deum marinum faciunt,

——qui nouerit omnia vates,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ poſt ventura trahantur.

Sed diſÿcit. Ita Sabellicus ſcriptum reperit, pro quo reponit, deficit, aut certè diffindit; poſterius quid ſibi velit non intelligo, neq. enim eũ ita deliraſſe exiſtimauerim, vt cum hoc loco verbum illud congruere putaret. vet. cod. ſed diſſicit, ſic Pierius 6. AEneid. Diſijce compoſitam pacem, in omnibus antiquis libris, quotquot vidit, diſſice geminato ſſ, & vnico i, ſcriptũ obſeruauit, & ibi & in alijs locis omnibus, ea fortè ratione vt, concitatius enuntiaretur, quod in Imperioſſus, auſſus, odioſſus, à veteribus fieri ſolet; & ea eſt fortaſſis ſcriptura, quàm Sabellicus in aliis exemplaribus inuênit.

Iamq; abies. Lugd. Argentor. iam abies. ineptiſſime.

Occumbes & nunc. Vet. cod. occumbens i nunc, quòd Ironice dicitur. talis eſt illuſio Pyrrhi Priamum occidentis, 2. AEneid.

——Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere.

Et Aſcanij lib. 9. Aeneid. 1. verbis virtutem illude ſuperbis:

Q ſi verò

ſi verò iſtud donum eſt, planè Cyclopium (vt eſt in prouerbio) dicendum eſt.

aduenit Idmon. De Idmone intelligendum eſt, qui cum Argonautis profectus eſt, Apollinis nempe filio, non de eo quem Hercules trucidauit. malè Argentor. habet, aduenit Imon.

Oblatamque ferit galeam. Vet. cod. oblatumque ferit, galeam criſtaſque rubentes Heu tria dona gerens.

Attonitus ceruice. Ita Lugd. Baſil. & Bonon. Pariſ. verò & manuſcriptus, attonitus Crenæ, ſi poſterius recipias, & Ornytum & Crenęū ab Idmone cęſos intelligemus, ſin prius, omnia de ſolo Ornyto accipienda.

At diuerſus agens. Sic habēt omnes vulgati libri, nec quiſquam vitium ſubeſſe his verbis ſubodoratus eſt, adeo vt non defuerint qui dicerent, Turbantē, viri propriū nomen eſſe. vet. cod. at diuerſa Sagen, quæ lectio & vera & aperta eſt: Sagen enim vt & Hagen inter Cyzicenos numerat.

vulnere Cydrum. Lugd. Argentor. Cydnum. vet. cod. cum alijs omnibus, vulnere Cydrum.

Conmixus viribus. Vet. cod. & Florentinus, cōniſus, quod an Latinum ſit dubito, ſanè exempla quæ afferuntur & rara ſunt & huiuſcemodi vt iure ſuſpecta eſſe debeant, imo apud pleroſque, qui hoc legi annotarunt, exemplum nullum inuenio.

cita cuſpide caſſis. Vet. cod. cita caſſide cuſpis: eôdem vtraque lectio relabitur.

Phoreaq;. Vet. cod. Phoceaq;: vtrum vtri præferri debeat, difficile eſt in huiuſmodi nominibus, vt dixi, iudicare. Phocea quendam nominat Niniuita ex Lucani tertio.

Eximius Phoceus animam ſeruare ſub vndis.

Quiſquis is tandē fuerit, Oleni certè filius fuit, forte eius, cuius ſupra mentio.

Ingentes donet. Ita Pariſ. & Bonon. reliqui cum vet. cod. ingentes donat, optime, nocte enim magis atque magis, vt inquit ille,

Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror.

Veſuius attonitas. Sabellicus alibi ſcriptū reperit, Veſubus attonitas, pro quo reponit, Veſuius: eſt aūt Veſuius ſiue Veſeuus, mōs prope Neapolim in Campania, qui iam, Summa

ma dicitur, is aliquando conflagrauit, vt Plinius in epiſtolis & Suetonius narrant: Euſebius, Veſuius imperante Tito tantum ex ſe incendij emiſit vt vicinas regiones & cum hominibus vrbes exureret. hinc Papinius:

Non adeo Veſuinus apex aut flammea diri
Montis hyems, trepidas exhauſit ciuibus vrbes.

Addit Dion Cocceius in Tito; Cũ Veſuuius incendiũ proferret homines inuſitatæ magnitudinis, & quãtæ olim gigãtes fuiſſe ſcribũtur, interdiu & noctu vrbes pererrare ac in ſublimi cõcurrere videbãtur, & vulgo credebãtur gigãtes inſurrexiſſe, quòd apparerent corũ effigies in fumo; vide Solinũ & Melã: ſæpius autem montem illum conflagraſſe teſtes ſunt Vitruuius, Ammianus Marcellinus, & Caſſiodorus. vet. cod. Veſulus attonitas, eſt is mõs Liguriæ iuxta Alpes in cuius imis radicibus Padus naſcitur, hoc verò nomen propius accedit ad id quod Sabellicus reperit, Veſubus: cum autem incendium præcipuũ Veſeui fuerit Tito regnante, vt ſcribit Euſebius, & opus iſtud patri Veſpaſiãno conſecratum ſit, mirum eſt Valeriũ eius incendij meminiſſe, niſi Titus quemadmodum cum patre præfectus Prætorij, & Tribun. poteſt. particeps fuit, ita etiã cum eodem regnauerit aut Veſpaſiano mortuo Poeta opus ſuum inſcripſerit, aut ad diuerſa incendia referamus.

acer. Vet. cod. ater.

Pugnæ crebeſcit. Vet. cod. pugnæ crudeſcit.

Cœus in imo. Sabellicus; cur non probes quòd vbi antea legebatur, ceſſit in imo; ego Cæuus pro ceſſit legendum puteм? rogat me quis an ita à Sabellico ſcriptum ſit? ſubſiſto. vet. Pariſ. velint cum ceſſit in imo Vrna Iouis; multa quæ huc faciunt habet in Claudianum lib. 3. Ia. Parrhaſius, vbi apud hunc Poetam pro, ceſſit, Cœus ſe repoſuiſſe iactitat, de Cœo Propertius.

Te duce vel Iouis arma canam, cæloque minantem
Cœum, & Phlegreis Oromedonta iugis.

Vincla Iouis. Sabellicus applaudit ſibi quod pro vinda, vincla reſtituerit, Ianus verò Parrhaſius gloriatur quòd pro vnda, vincla excudendum curarit, adeo vterque tam exiguam loci vnius emendati laudem ſtudioſe captat, nihil autem ab his vet. cod. meus diſcrepat.

Aſt illum.Ita vet.cod.cũ omnibus vulgatis præter vtrũq. Pariſ.qui habet, aſt illam: malèdeCœo enim loquitur.

motis vlulantia.Sic vet.& Pariſ.reliqui omnes, votis vlulantia, de ſacris Cybelles intelligendum. ſimilis planè locus eſt apud Virgilium 9. AEneid.

Exuberet.Ita vet.cod.alia quædam exemplaria exuperet, non permittente antepenultima ſyllaba.

AEſonij venit haſta.Apollonius quoq. Argon.1.Cyzicum ab Iaſone occiſum aſſerit.neq.(inquit)Cyzicus ad nuptiales toros reuerſurus eſt.

Ἀλλά μιν Αἰσονίδης τετραμμένον ἰθὺς ἑοῖο
πλῆξεν ἐπαΐξας στῆθος μέσον. ἀμφὶ δὲ δουρὶ
ὀστέον ἐρραίσθη· ὁ δ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἐλυσθεὶς,
μοῖραν ἀνέπλησεν.τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι.

De eo Mela lib. 1. cap. 19. Trans amnem ſedet in ceruice pæne inſulæ Cyzicum,nomẽ Cyzicus indidit;quem à Minys imprudentibus cùm Colchos peterent fuſum acie cæſumq́ue accepimus.Eadem ferè habet Euſthatius. Diuerſum tamen hic & Rhodius ordinem ſeruant: hic enim poſtremo Cyzicum interemptum, ille in principis tumultus dicit.

Quod ſi Titonis.Admonui,videret lector,ne pro Tanta Iouis,Flaccus ſcripſerit,Titanis, id eſt aurora, inquit Sabellicus,vbi ego pro Titanis,Titonis lego neq. enim Titanis aliud eſt quàm luna. commode itaque licebit interpretari,quòd ſi diutius nox duraſſet & ſeriùs Aurora ſurrexiſſet, Cyzycenos ad vnum omnes interfectos dies vidiſſer.Cum verò ſummo conſenſu veteres omnes & calamo exarati libri habeant,quod ſi tanta Iouis,atq. hæc coniectura dũtaxat Sabellici ſit, aut aliquid in his verſibus vitij latere,aut verſum quempiam,quod hîc nõ raro accidit,deeſſe ſuſpicor:vt vt eſt,locum hunc tãtiſper ſuſpectum habebo, dum vet.cod.meam coniecturam aut confirmarit, aut reijciendam docuerit.

Celerauit opem.Cod.vet.celebrauit.vetuſt.Pariſ.celebrabat:vulgati celerauit,quod placet.

Nocte ſatæ.Virgilius lib.6.AEneid.noctem matrem Eumenidum appellat:

Aeneas matri Eumenidum magnæq́ue ſorori. &

Hunc

Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem vet. cod. nocte ſatus.

auerſiq; per agros. Vet. cod. verſique per agros.

Cæſi vaneſcunt. Quod Bacchi ſacra contemneret & Acætem Bacchi ſacra celebrantem malè tractaſſet, vt habet Ouid. 13. metam. Eandem fabulam attingere videtur. 2. Sermo. Horat. his verſibus;

Quid? caput abſciſſum demens cum portat Agame
Gnati infelicis, ſibi tum furioſa videtur.

fabula hęc eſt: Pētheus cū Bacchanaliū oſor eſſet, cęteroſq. ab illis nefādis ſacris auerteret, à matre & materteris diſcerptus eſt, vt narrat Ouid. 3. extremo metam. ab illo verſu.

Monte fero medio eſt cingentibus vltima ſiluis.

vſque ad illum; Quàm ſunt membra viri manibus direpta nefandis. Quibus illa quantumuis prolixa non ſufficient, legant plura apud Papinium 2. Thebaid. & Lucanum, 7. Pharſaliæ.

Cornua tauri. Valerius ſcribit Pēthea taurum viſum fuiſſe matri, Quidius verò aprum,

Ille aper in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper.

Alij autem vitulum, vt Perſius,

Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris.

Catullus Iuuencum,

Pars è diuerſo tractabant colla iuueneo.

Quo fugitis. Ita Bononien. Florent. & vet. cod. alij, Quos fugitis? quod malo.

Occubuiſſe magis. Hoc eſt potius. Propertius eleg. 11. lib. 1.

Atque vtinam mage te, remis confiſa minutis
Păruula Lucrina cymba moretur aqua.

Plautus Penulo; Audi tu magis, & ego nunc amore pereo. Calpurnius Egloga 6.

Si placet, antra vicinaque ſaxa petamus. & alias ſæpe.

Exangues conferte. Ita vet cod. alij exangues conſertæ. Maſerius, conſertę inquit, eſt commixtæ. ego vet. cod. lectionem retineo. eſt enim confertæ idem quòd denſæ, & frequentes. Liuius lib. 2. In cōfertiſſima turba propè regium tribunal conſtitit. Virgilius 2. AEneid.

Quos vbi confertos audere in prælia vidi.

Supra quoq; eodem modo ſcriptum eſt, exſangues rigor horridus artus.& infra, Exſangui rege reperto.ſic & in alijs veteribus libris.

Præcipiti plangore. Vel hic locus oſcitantiam librariorum, de quibus expoſtulaui, ſatis liquido monſtrat, nam in Argentorat.cui præfuit Engentinus, legitur, præcipit plan gore, ſub calcem vero libri, vbi ſi quæ inter excudendum errata obrepſerint, ſubnotari ſolent, ita adſcripſit Typogra phus; verſus ille, pręcipit plangore, mutilus eſt: lege ergò, præcepit plangore; inſignis ſanè emendatio, qua vna fretus omnibus librorum impreſſoribus, omnem peruerſiſſime caſtigandi laudem, ſuo iure eripuerit.

Tenuis fletus. Ita omnes vulgati .vet. cod. pars tenues flatus, quæ vera lectio eſt, per flatus tenues ſpiritum & anhelitum deficientem paullatim, intelligo; viuentes enim morientium anhelitus captabant, quod officij Anna illa Virgiliana ſuæ ſe præſtituram ſorori dicit:

Abluam, & extremus ſi quis ſuper halitus erret,
Ore legam.

Eiuſdem conſuetudinus eſt quod ait: ſera componunt lumina dextra: Ouidius epiſtola Penelopes.

Aſpice Laërten vt iam ſua lumina condas.

Et Epitaphio Tibulli.

Hic certe manibus fugientes preſſit ocellos
Mater.

ſileant ceu. Imitatur Virgilium 2. AEneid.

Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nuſquam
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe.

Fortuna reuexit. Ita vet.cod.& nonnulli vulgati. alij, fortu na reuinxit, prius malo. Liuius lib. 1. Præda inde maiori quàm quanta belli fama fuerat reuecta, ludos opulentius inſtructiuſque quàm priores reges fecit: verbi huius, reue, here, mentione iniecta, gratia mihi hic ineunda eſt à Tibul li ſtudioſis, cuius verſus lib.1. eleg. vlt. à paucis hactenus ſatis explicatos,

Ruſticus è lucoque vehit malè ſobrius ipſo. &c.

Ita lego, Ruſticus è luco reuehit malè ſobrius, ipſo
Vxorem plauſtro progeniemque domum.

Lucum autem accipio vbi choreas & ſacra celebrauerant: cuius me iamdudum admonuit vir doctiſſimus, Ioannes Caſtellius Cheluus.

Fatis hoc. Argent. Baſil. Lugd. fatis id. Pariſ. & Bonon. fatis iã. vet. cod. fatis hoc, non refert, quod verbũ recipiatur.

Nonne hec. Ita vet. cod. alij, non hęc.

Funera. Sic omnes vulgati, vet. cod. vulnera.

Tuus potius. Ita vet. cod. omnes vulgati, tuus melius.

Prohibebit harenis. Ita vterque Pariſ. Bonon. verò, cohibebit arenis. vet. cod. arcebit harenis: quiſque eligat quod volet. prima lectio auctoritate Virgiliana defenditur:

Hoſpitio prohibemur arenæ.

In planctum vocat agmina. Vet. cod. in planctus. Virgil.

Vocat agmina ſæua ſororum.

Nec dum ſuboles. Quo attentius vet. cod. meum euoluo, eo manifeſtior eius bonitas euadit, nihil enim aut de orthographia, aut de emẽdatione recta ab alijs obſeruatum eſt quod nõ hoc in exẽplari ita inueniam. Annotauit D. Lanbinus, in veteribus libris legi, ſuboles, non ſoboles: idẽ & ſic omnibus in locis reperio, & eam ſcripturam retinendam cenſeo.

Ilam vix geminam. Ita omnes vulgati, vet. cod. illam vix genino. erant enim & Pollux & Caſtor gemini, quos, vt habet Homerus in hymnis, in Taygeti crepidine peperit Leda, nubes latenter commixta nigranti Saturnio: Iouem autem Olympium patrem celebrant: de his Catullus,

Gemelle Caſtor & gemelle Caſtoris.

Romę in foro templum habebant pila ſiue veruta tenentes, induti pileis more Laconum, & inde fratres pileati à Catullo dicuntur.

Apileatis noua fratribus pila.

Vide Lilium Giraldum, ſyntag. De Caſtore & Polluce. verutorum meminerũt Lucanus lib. 8. Cæſar. 5. Bell. Gallic. Liuius 1. ab vrb. con. Prudentius Symm. 1. & Nonius Marcellus.

compreſſaque colla trahentem. Hoc fortaſſis ad id trahẽdum eſt, quod Apollonius ait, Clyten ſibi mortem conſciuiſſe laqueo, qui etiam ipſius funus celebrat, tametſi eius rei non meminerit Valerius.

Quæ fortuna fuit. Legit Sabellicus, quę furtiua fuit, quod ſibi ſoli & ſuis Muſis ſcripſit: nemo enim alius intelligit.

et tempora mæſti. Ita malè omnes vulgati; cod. vet. & corpora mæſti.

Aggere longo. Vet. cod. aggere longè, ut referatur ad verbum, eminet.

Feſtina vocantibus. Vulgati, formoſa vocantibus, vbi Sabellicus cum libro Bonon. legit, furtiua vocātibus, quod Maſerius interpretatur, veſtes ab Hypſipyle furtim textas fuiſſe. vet. cod. feſtina vocantibus, properabat enim propterea quòd & ventus & ſocij Iaſonem vocabant.

Inde ter. Vet. cod. omnes & manuſcriptus, inde per armatos. Baptiſta tamen Egnatius qui hunc in Poetam integros ſe commētarios aſſeruare aſſerit (eos autem vt viſos laudat Pierius) iudicat legendum; inde ter armatos tum ipſa conſuetudine, tum Virgilij auctoritate quæ eſt 11. AEneid. commotus.

——Huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum; ſubiectiſque ignibus atris,
Conditur in tenebras alta caligine cœlum,
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos; ter mæſtum funeris ignem,
Luſtrauere in equis, vlulatuſque ore dedere:
Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & arma;
Auditur clamorque virum, clangorque tubarum.

Præcedentes etiam verſus, quibus exſequiarum religio deſcribitur, huc planè ſpectant. vt verò in Egnatij ſententiam totus cōcedam, cogit me quod ſequitur, ter inhorruit æther.

Cum clamore. Ita vet. cod. omnes vulgati, tum clamore, male.

Arces ad patrias. Hæc eſt lectio omnium vulgatorum, quæ mihi quidem non probatur: magis placet Bonon. Arctos ad patrias, nam, vt ait Maſerius, ſunt quædam aues peregrinę vt ciconiæ grueſque, quarum meminit Plinius 10. naturalis Hiſtoriæ, quæ inſtante hyeme Arctoas regiones frigidiſſimas relinquunt, Aethyopiam, Aegyptum, Arabiamque petentes, & eædem medio iam vere ad Arctoas regiones reuehuntur. vet. cod. agros ad patrios, & ſic à

Poeta

Poeta ſcriptum fuiſſe credo.

Statio ſilet. Malè vtrumq. Pariſ. habet, ſpatio ſilet.

At non. Maſerius legit, at nunc, noſtram lectionem mini me commodè putans exponi poſſe.

magnu. Ita vet. cod. alij omnes, iam magis.

cæſorum ab imagine. Vet. cod. læſorum ab imagine, non placet.

carpitur æſtu. Ita liber calamo exaratus & pleriq. vulgares. Virgilius 4. AEneid.

At regina graui iamdudum carpitur æſtu.

Vetuſt. Pariſ. cæditur æſtu, quæ non eſt prorſus reijcienda lectio: quod enim homini poteſt eſſe grauius flagellum, quàm vt habet Satyricus,

Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Sacer atque. Sic vulg. vet. cod. acerque.

Quippe nec in ventos. Hæc ita dicta ſunt à Poeta, vt elegan tius & maiori cum pietate dici nequiuerint. diuerſum ſanè ſeutit Lucretius lib. 3. de rerum nat.

Ergo diſſolui ſic conuenit omnem animai,
Naturam, ceu fumus in altas aeris auras.

Item alibi, Mortalem tamen hanc animam fateare neceſſe eſt.

Nec refert, vtrum pereat diſperſa per auras,
An contracta ſuis è partibus obbruteſcat.

Eiuſdem hęreſeos eſſe videtur Plinius lib. 6. cap. 51. De ani morum autem immortalitate doctiſſime ſcripſit, ac noſtra ærate eloquentiſſimus Aonius Palearius rationibus ex intima Philoſophia petitis:

Quiſque ſuos ſontes. Diuinè hæc Valerius confinxit, quorum exempla apud omnes omnium ætatum ſcriptores co pioſa inuenias. Cicero, vt libro primo dixi, aſſiduum conſcientiæ remorſum interpretatur.

Agit &. Vulgati, agitat: melior eſt altera lectio.

Eumenidum domus. Ita Vet. cod. an verò ea lectio, quam omnes vulgati libri habent, Cimmeriûm domus huic pręferri debeat; ignoro. certè mihi nõ æquè ornata videtur. ſi quis tamen eam malit, dicam de Cymmeriis quod in men tem venit, Ptolomæus lib. 3. Cimmerios in Sarmatia Aſiatica &

tica,& Cimmerium promontoriũ poſt Tanais fluuij oſtia & Cimmerium ciuitatem in Taurica Cherſoneſo ponit. Cimmerij (inquit) Sextus Pompeius ſunt populi occupatas frigoribus terras incolentes, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione in qua conuallis iugo ſatis eminenti circundata eſt, quæ neque veſpertino neq̃ ſole matutino contegitur. Strabo ex Ephoro ſcribit eos in Italia fuiſſe ad Baianum & Auernium ſinum, qui in ſubterraneis domicilijs habitantes & per cuniculos commeare ſoliti, toto die in illis deliteſcebant, noctu tantum ad latrocinia egreſſi, cùm victũ alioqui ex metallorum effoſſione, mercę de diuinationũ & prouẽtibus à rege deſignatis quęrerent; apud illos ingens ſuperſtitio increbuit, loci natura erroribus ſuffragante, ibi ſacra nemora culta ſunt: fluminibus etiam & fontibus ſuus honor fuit: ſpecus præterea famoſi, & ad inferos aditus. erant quos intrare niſi prius Diis manibus ſacrificio placatis, religio erat: varia etiam habet Plius lib. 6. cap. 8. & hæc illis ſuffragantu, rqui hic legunt, Cimmerium domus, ego alteram ſcripturam malo.

immotaque ſilua. Ita & vet. cod. & omnes vulgati, excepto vnico Argentor. qui habet immorataque ſilua, malè.

Aeſepia ſiluis. Ita Lug. & Argentor. vtrumque verò Pariſ. Aeſapia ſiluis, at vet. cod. Aeſopia ſiluis. Aeſapum fluuium Apollonius lib. 1. deſcribit, & Heſiodus Theogonia meminit. Niniuita & Maſerius ex Strabone legunt, Aeſæpia. Hermolaus Barbarus ab illis ſtat, adducens Homerum qui Aeſæpum flumen ad vrbem Zeliam celebrat. Ptolomęus hęc cõiungit, Cyzicus, Aeſæpi amnis oſtia, Pariũ colonia. Strabo etiã Apęſum, inter Lamſacũ & Parium, amnẽ & oppidũ facit, neſcio tamen legi ne ibi debeat, Aſæpius: videant doctiores. Aſopos verò (ne vet. cod. ſcripturã omni præſidio deſtituere videamur) fuit AEgine pater, ſubmerſus in Apidano; Strabo libro 9. ait, Aſopum iuxta Thermophylas in mare exire, Phoenice recepto, qui latere Auſtrali deſcendens illi iũgitur, cognominis Nereo Phœnici, cuius & ſepulcrum iuxta eundem fluuium fuit, ſed & plures Aſopi fuerunt, de quibus vide Strabonem lib. 8. alius eſt circa Phliũtem, & Nemeam, alius in Boeotia, alius in Aegina, vt habet Didym⁹ in ſcholijs Pindaricis; alius in Peloponeſo, è monte

è mõte Chtonio Mediam præterfluens, teſte Volaterrano; quod autem hunc ad locum adtinet, alteram priorum lectionum admitto.

ſupplice caſtus oliua. Supplices apud Græcos oleaginas virgas ore manuque pręferebant, lana candida circundatas vnde *ἱκτήριοι κλάδοι* apud Aeſchylũ ſupplices rami, & *ἱκετηρίαν* oliuæ ramum à ſupplicando Græci nominãt, quem *εἰρεσιώνην* ceteri. Sic Virgilius:

Iamque Oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ veniamque rogantes.

Hinc oliua à Valerio ſupplex appellatur, vt ſcitiſsime de varijs ſupplicandi modis apud diuerſas gentes obſeruatis, diſſerit eruditiſſimus Hadrianus Iunius lib.2. cap.11. Animaduerſorum. Papinius Thebaidos vlt.

Mite nemus circa, cultuque inſigne vetendo,
Vittatę Laurus, & ſupplicis arbor Oliuæ.

Supplicem (inquit Lactantius grãmaticus) vocat, per quam pax ſupplicando petitur. Petronius Arbiter Satyrico: Aegre expugnauit gubernator, vt caduceatotis mote Triphena indutias faceret, data acceptaque ex patrio more fide, protendit ramum oliuæ, à tutela nauigij raptum.

ramoque vocat. Vet. cod. ramoque nouat.

Glaucaſque comis. Vet. cod. glaucaſque comis prætexere frondes: vulgati verò, glaucaque comas prætexere fronde.

Et procul ite. Ita vulgati, vet. & procul eſte. Virgilius.

Procul hinc, procul eſte prophani.

Noſtriue luant. Sic & vulgati & vet. cod. præter Pariſ. qui habet, noſtri velẽt, cuius ſententia mihi non liquet, tametſi ea Maſerio perbellè conſtare videatur.

Summis inſternunt tabulata foris. Hanc lectionem Maſerius mordicus tuetur. vet. Pariſ. cũ vulgatis, ſummis inſternũt tabulata toris, ſic & vet. cod. niſi quòd pro ſummis, legit celſis; erroris non obſcura eſt origo, eſt enim ex affinitate, t, & f, vnde etiam torus, non thorus ſcribendum eſſe puto.

Fragmine pectus. Herculem remum fregiſſe etiam Apollonius teſtatur; ſunt qui dicãt eum artis remigandi ignarum, nimioque manuum robore remos ſæpe confringentem, ab Argonautis relictum, vnde Herodotus loco nomẽ factũ *ἀφέται* ſcribit, alii tamen putant Herculem cum

aquatum

aquatum iuiſſet, & relictus ab Iaſone, eiuſque ſociis eſſet, loco nomen feciſſe.

denſos trabe. Ita omnes vulgati. vet.cod.denſa trabe.

Haeret Hylas. Fuit is, teſte Propertio, qui Callimachum & Apollonium ſequitur, Thiodomantis filius, puer formoſiſſimus, quem patri raptum (quomodo autem rapuerit ſcribit Apollonius) miro amore proſecutus eſt Hercules. ſunt qui Hylam (inter quos Iſocrates ad Idotheum) dicât amatum, non ab Hercule ſed à Polyphemo, qui cũ Argonautis nauigauit & Herculis ſororem Laononem vxorem duxit, qui ea leuitate fuiſſe dicitur, vt ſuper vndas curreret, nec pedes aquis tingeret. Apud Philoſtratẽ verò vinitor Neſtorem magis amatũ fuiſſe ab Hercule tradit, quàm vel Hylam vel Abderum: hos enim admodum pueros fuiſſe Neſtoris tempore, Neſtorem antẽ natu maiorem. Idem autor eſt, Neſtorem primum fuiſſe, qui Herculis nomen in iuramentum & religionem induxerit.

aſtuſque. Ita & vet. cod.& omnes vulgati, excepto Lugdunenſi, qui habet, aſtuſque, placeret ſi vetuſtate niteretur.

Quam Nemeam. Sic omnes vulgati. vet.cod. quam Nemeen: eôdem recidit.

Iam tum indecores. Ita vet. cod. alij indecoræ. inepte. eius enim tertia ſyllaba producitur. Indecores verò etiam apud Virgilium legitur lib.7.

Non erimus regno indecores,

Et lib.12.

Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris
Nec genus indecores.

Vbi Seruius Honoratus ait, aut ſyſtole eſt aut certè dicimus eius nominatiuum non inueniri, quòd fit in multis nominibus; alibi etiam dicit compoſitum eſſe à nomine decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, licet Virgilius ſit aliter vſus: ego à decus componi credo: Accius Athamante. Cuius ſit vita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit: citat Nonius Marcellus, addens, apud antiquos fuiſſe in vſu nominandi caſum indecoris & indecore.

Actumque per omnem. Vterque Pariſ. actumque mouebo Tende pudor mox & furias, ditem quoque verto. Lugd. & Argent,

& Argentor. actúmque mouebo, Tēde pudor mox & furias Ditemque ciebo. ex hac varietate ſatis apparet verſum ab aliquo eſſe deprauatum vet. cod. actúmque per omnē Ten de pudor, mox & furias Ditemque mouebo: optime. ſic Virgilius.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.

Citatarum. Ita plerique & vulgati & manuſcript. Lugd. verò, ipſa citararum, malè.

Dryope percuſſa. Propertius Dryades vocat Theocritus non ab vna ſed ab omnibus eius loci Nymphis raptum eſſe dicit. Apollonius (licet quidam vir, doctiſſimus affirmet eum nomen Nymphæ non exprimere) ab Ephidatia abreptum cecinit. Onaſus Hiſtoricus & Nicander, cúm ad Ciuium fluuiū aquatum cum calpide (erat id vaſis genus) iuiſſet, ſubmerſum fabulantur: cuius deſiderio actus Hercules cum diu quæſitum non inueniſſet, ſacra apud Cianos inſtituit in quibus Hylæ nomen identidem acclamabatur. Quidam in Magneſia id contigiſſe ſcribunt, & Herculem ab eo populo, apud quem amiſerat, pro Hyla puero, pueros aliquot eorum pignori accepiſſe, eoſque in Theſſalia loco admodū aſpero & difficili collocaſſe. quòd verò Flaccus Driopen nominat, videtur alludere ad Dryopes, apud quos Thiodomas, interemtus ab Hercule eſt, vt ſcribit Apollonius. Auſonius Poeta non omnino contemnendus à Naiadibus ſubmerſum canit; eius Epigrāmata hæc ſunt.

Aſpice quàm blandę necis ambitione fruatur,
Letifera experiens gaudia pulcer Hylas:
Oſcula & infeſtos inter moriturus amores,
Ancipites patitur Naiadas Eumenides,
Et Furitis procaces Naiades,
Amore ſæuo & irrito,
Ephebus iſte flos perit.

Vtroque in loco pro Naiades Naides legendum eſt. Ouidius idem ſentit.

Naiadúmque tener crimine raptus Hylas.

ſic blanda. Ita omnes vulgati: liber calamo exaratus, ſic voce.

Et Eoi pocula. Lug. Argentor. cū vetuſt. Pariſ. & Eoi pericula; Maſerius legit, ſpicula atque inde detracto elemento ſ factum

factum eſſe pericula aut potius proceleumaticum admittendum & legendum, Eoi vehicula, multaque affert hunc in locum prorſus ridicula. vet. cod. & Eoi pocula, quæ lectio an germana ſit dubito: neq. enim ſatis latine dicitur, ducere pocula, nec cum vlla aliarum dictionum hoc verbum congruit, quanquam aliquando Poetæ duo iungunt vni verbo, quorum alterum minus apte conuenit.

Et ſacra mouentem. Ita vet. cod. alij, & ſacra moueret.

Hoc pueri ſpes luſa. Vtrumque Pariſ. hoc puero perfuſa modo, peſſime. Argentorat. & Lugd. hoc puero ſpes luſa. vet. cod. hoc pueri ſpes fuſa, recte.

Iniecta manus. Diuerſum ſcribunt Apollonius & Valerius: hic cum Hylas aquam biberet, à Dryope raptum canit; ille cùm aquam lauando Herculi afferret, ab Ephydatia ſublatum tradit, nec cerui meminit; aliter etiam Valerius, aliter Theocritus Idyl. γ.

deiectaque ſaxi Fragmina. Vet. cod. deiectaq; ſaxis flumina.

procurrit ad vmbras. Vet. cod. procūbit, vulgatam vtriuſq. loci lectionem malo.

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan. De his acclamationibus nonnihil dixi, quibus illud addendum eſt ex Strabone lib. 12. Cium Argonautam quendam Herculis comitē in Myſia remanſiſſe, Ciumque vrbem condidiſſe, vbi ſacra Hylę inſtituit, quibus Pruſiēſes per mōtes & ſiluas vagi ac ſaltantes Hylan quęrerent & Hylan clamore repeterēt. Verg.

——Nautæ quo ſæpe relicto,
Clamaſſent, vt litus Hyla, Hyla, omne ſonaret.

Iuuenalis. Et multum quęſitus Hylas.

Sic Silius lib. primo. Quantum non clamatus Hylas.

De Herculis dolore, illum quoque Propertij verſum lib. 1. intelligendum credo:

Quæ miſer ignotis error perpeſſus, in oris
Herculis, indomito fleuerat Aſcanio.

Cum enim Aſcanius (vt ex dicto iam Strabonis libro colligitur) lacus ſi Bythiniæ, haud procul ab eo loco vbi Hercules Hylam amiſit, Hercules apud eum lacum Hylam ſuum defleuerat, amiſſum repetens: cùm verò lacus vocem non redderet, vocat crudelem & indomitum, atque hanc

horum

horum verborum ſentētiam eſſe arbitror: alterius verò carminis elegia eadem, quod magnum quibuſdam negotium exhibuit: hæc erit, niſi me vehementer mea coniectura fallit, interpretatio:

Crudelis Myniis, dux erit Aſcanius.

Aſcanius, quòd apud eum Hylam ſuum Myniæ amiſerint, crudelis, erit tibi dux verum eſſe: ſæpe imprudenti fortuna occurrit amori, aut, vt legit Beroaldus, dixerit, hoc eſt, teſtatus fuerit, nam alterum Beroaldi commentum & frigidum & inſulſum eſt. Hæc adtuli vt oſtenderem non placere, ſi vtrobiq. legatur pro Aſcanio, Aeſonio, quod quidam putarunt: neq; enim illud, dux erit ad Mynias, referendum eſt, ſed crudelis; vt dicatur Myniis fuiſſe crudelis Aſcanius.

Comprenſa trahentem. Vet. cod. compreſſa trahentem.

Diræ referentem. Vet. cod. Duræ referentem.

Quibus anxia pectora. Variè hic locus legitur, Lugd. & Argentorat. variant, quis pectora. vtrumque Pariſ. variant qui pectora, vet. cod. quibus anxia pectora quòd ſi altera priorum lectionum ſit admittēda, malo Lugd. & Argentor. variāt queis pectora, & interpretor, variāt vt in illo Tibul.

Non ſic Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ. pro variantur.

tanto afore. Vtrumque Pariſ. tanto obfore cœtu, & intelligit Maſerius vnum obfore tanto cœtui. Bonon. & Florent. tantò adfore, idque eo factum quia in veteribus ſcriptum inuenerūt afore, quod & aliis erroribus occaſionem dedit, vt alibi oſtendam.

Furens in iurgia.) Ita vet. cod. alij, ferens fera iurgia; minus bene.

Idem orans, Ita omnes vulgati, vet. cod. dememorās, quod quid ſit neſcio: nec illud, idem orans, ſatis hic conuenit.

Sed duro ſæue ſub rege. Euriſtheum intelligit, de quo multa primo libro: vtrumq. Pariſ. duro ſub lege, quod Latini ſermonis puritas repudiat.

Laſſant æquora. Ita vet. cod. bene; dicit enim oculos ſoli mari videndo intentos laſſari. vulgares omnes, laxant æquora.

Aeacides. Maſerius Telamonem, ego Peleum intelligo.

Vincla rapi Calais. Apollonius ſcribit eos, cū iam nauigarent

rent in Myſiam, redituros fuiſſe, vt Herculem quærerent, niſi Zetes & Calais inhibuiſſent, & propterea eos, ab Hercule in Teno inſula ſtratos, ibiq. in eorum ſepulcro duas eſſe erectas colũnas. alia ab alijs necis cauſſa affertur. Alneſidemus quod Herculem hoſpitio exceptum occidere voluerint; Steſimbrotus quòd in contentionẽ cum Hercule venerint, de datis muneribus comitibus ab Iaſone; Nicãder quod Herculem diuerſantem, in Cœo inſula Boreas, eorum pater tempeſtate deiecerit. Sunt qui per Calaim & Zetem Boreæ filios Septẽtrionales, Schytas accipiant, qui ſe Argonautis adiunxerunt, quiq. ob velocitatem alati dicuntur.

Auulſa iugis. Vet. cod. excuſſa iugis. hæc comparatio ex Homero ſumta eſt. Dydimaonem quendam eximium armorum artificem nominat Virgilius 5. AEneid.

Et Elypeum efferri iuſſit Dydimaonis artes,
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Sic auctor obſceni carminis, Hoc ſceptrum quòd ab arbore vt reciſum eſt, Nulla iam poterit virere fronde.

ſermonibus vrgens. Ita vet. cod. alij, terroribus vrgens.

Phorcys. Vet. cod. Forcus, nec ſat ſcio an omnino deprauate. Pontus (teſte Heſiodo Theogonia) commiſtus terræ genuit Phorcum; alij dicunt eum Neptuni Thooſæq; filium eſſe, qui tres filias habuit, vt Græci Poetæ fabulantur, Meduſam, Sthenonen, & Enryalen, de quibus vide Pindarum Pythijs. Seruius Neptuni & Theſeæ nymphę prolem eſſe tradit, ſi modò vulgati libri mendo vacant; & non potius Thooſæ legendum ſit: Varro Phorcum Sardiniæ regem fuiſſe dicit, & ab Athlante magna cum copiarum parte nauali bello deletum, tantũ populis ſui deſiderium reliquiſſe, vt inter maris Deos referretur. plura Herodotus. Virg.

Nereidum Phorcique manus.

ſidera ſuſtulit aſtru. Ita vet. cod. alij ſidera ſuſtulit aris, vna littera omiſſa.

Flamina. Vet. cod. Flamina conticuere, iacet ſine flatibus æquor. omnes vulgati, Flumina conticuere, iacet cum flatibus æquor. prius malo.

Non aliter. Seruius illos erroris accuſat, qui comparationem in fine ponunt, quem ſi audiamus, Flaccus huic errori affinis

affinis eſt,ſed potius Seruius accuſandus, qui non ſatis vidit Virgilium fine Georgicôn comparatione vti: vt cum carceribus.&c. Etſi tralationem non comparationem eſſe dicat,pace tamen tanti viri dixerim,comparatio ſiue ſimilitudo in fine decentiſſima eſt,quod Fabius oſtẽdit.In omni (inquit) parabole aut præcedit ſimilitudo & res ſequitur,aut præcedit res & ſimilitudo ſequitur , ſed interdum libera & ſeparata eſt, interdum, quod longè eſt optimum, cum re,cuius eſt imago, connectitur,collocatione inuicẽ reſpondente,quod facit reddito contrario quod antipodoſis dicitur, præcedit hic ſimilitudo illa cuius mentionem feci.Inde lupi ceu raptores, &c.ſequitur verò primo Georgic. poſt longam de bellis ciuilibus & externis conqueſtionem, Vt cum carceribus. &c. Sed hæc ſunt quæ ſine antapodoſi, verùm redditio illa rem vtramque comparat, & velut oculis ſubijcit,cuius apud Virgilium reperio exẽpla,ſed Oratoribus potius hac vtendũ. Hæc Baptiſta pius vt & ea quæ ſequuntur.

Lea prolis ademptæ.Cùm ſuper hoc poeta Herculem Strozam rogarem,quanam ratione Valerium tutaretur, qui iubam leæ dedit, reſpondit, non lea, ſed leo legendum eſſe. cùmque dixiſſem Plinium non leoni ſed leæ ſubolis amorem tribuere,& ſubdidiſſem hæc Pliniana verba;Cùm pro catulis freta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaueſcat. Reſpondit hæc non demere curam mari,quam leæ Plinius dat,neque ex hoc colligi poſſe leonem proprios fœtus faſtidire: veriſimile nanque eſſe ambos prolem curare,quando,vt ait Euripides,patrum filij ſunt anima,quem verſiculum protulit Tyanæus Apollonius, cùm videret Echydnam filios ſuos lingua lãbentem:ſic & Valerius noſter pro ſubole decertantem leonem facit lib. 6. Hactenus Pius, in quibus recenſendis prolixior fui, quod non decreuerim idem ſequentibus libris facere,neque enim ſtudiorum meorum ratio permittit,ſed ſufficere exiſtimo,ſi variantes lectiones, & caſtigationes afferam.

dolor attrahit vrbes. Ita omnes vulgati.vet. cod. attrahit orbes,melius.

LVDOVICI CARRIONIS IN QVARTVM LIBRVM VALERII FLACCI SCHOLIA.

Atque ea. Omnes vulgati, vtque ea, malè; vet. cod. & Maſerius; atque ea. tale eſt principium lib. 9. AEneid.

Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur.

Ardenti trepidam. Ita vet. cod. cum Lugd. & Argentorat. vtrumque verò Pariſ. cum reliquis vulgatis, ardenti trepida, malè.

Immemores. Vet. cod. inmemores.

Iam quibus incertam. Fatetur Maſerius ſe hîc coniecturâ repoſuiſſe, Iam quibus inſertam, quod eſt, inquit, implicitam & inuolutam. vet. cod. cum Bononiẽſ. & antiq. Pariſ. Iam quibus incertam: quam lectionem retineo.

Improba quo me. Hæc in omnibus vulgatis peſſimè interpuncta ſunt:

Hæc fatis mihi iam domus improba, quo me
Nympha rapit ſæuæ monitu Iunonis in amnes,
Nunc Iouis acceſſus etiam.

Vet. cod. Hæc fatis mihi iam domus, improba quo me Nympha rapit ſæuæ monitu Iunonis, inanes Nunc Iouis acceſſus & iam mihi; optimè.

iungitque preces. Ita vulgati. vet. cod. iungitque ſuos.

ante pharetræ. Ita vet. cod. verè: nã antea dixit, ô dolor.

precatur Gens hominum. Vet. cod. precãtur Gens hominũ.

Exit vbi. Dicit eum à vulture cruciari, ſed (vt habet Heſiodus Theogonia) ab aquila, idque ob furtum, & prodita hominibus deorum conſilia, quòdque in carnium diſtributione oſſa Ioui, ſibi verò pinguedinem præpoſuiſſet. Philoſtratus 2. de vita Apollonij hæc ferè narrat. Feruntur de Caucaſo mõte à Barbaris fabulæ, quas etiam de eodem Græci fabulantur, Prometheum ſcilicet ob amorem, quo nimium homines eſt complexus, in eo monte ligatũ fuiſſe, Herculem verò non eum qui Thebis natus eſt, id perferre non potuiſſe, & ſagittis aquilam, quam Prometheus viſceribus alebat, confeciſſe: dicunt inſuper ligatum fuiſſe antro, quod in Caucaſi radicibus oſtenditur, vbi duris refert

refert vincula petris affixa conſpici, quæ noſſe ex qua materia ſint confecta, difficillimum eſt. alij aiunt in ſummo cacumine ligatũ, & cùm Caucaſus ſit biceps, ſingulis monticulis ſingulas manus alligatas prædicant, cùmque colliculi vnius ſtadij ſpatio diſtent, corporis proceritatem arguunt. Caucaſi præterea incolæ aquilas habent inimicas, quarum nidos igniferis perſequuntur ſagittis, aſſiduè propellunt, & laqueos tendunt, Prometheum ſe vlciſci dictitantes. vet. cod. exit vbi; vulgati omnes, dixit vbi, malè.

Orantem procul arcet. Ita vet. cod. elegantiſſimè vetuſt. Pariſienſ. orat proclamat; alij omnes, orantem proclamat.

Eripiat diræ. Prometheum ab Hercule liberatum fuiſſe conſtat. Philoſtratus (vt retuli) negat id à Thebano factũ: Heſiodus Theogonia omnino affirmat: ait enim Alcmenæ filium Herculem auem cõfeciſſe, vt Herculis Thebis geniti maior eſſet gloria, quàm antea erat. Virgilius,

Caucaſeasque refert volucres, furtumque Promethei.

Horatius lib. 1. Carminum:

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit;
Poſt ignem aetherea domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit cohors.

Martialis lib. 1.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduam nimio gutture paſcit auem.

Propertius lib. 2.

Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem.

Exſtat Aeſchyli tragędia Prometheus inſcripta, vbi modò ab Hercule, modò à Ioue Prometheum liberatum narrat, & fabulam prorſus confundit. Lucianus verò alibi ſcribit eum à Ioue, cui ne Thetydi commiſceretur, ſuaſerat, ſolutum fuiſſe, & hoc vaticinij ſui præmium tuliſſe. Noſter autem (quod neſcio an vllus) refert ab Hercule iuſſu Iouis id factum. alij verò à Vulcano: ſed hæc fabulantium eſt varietas; vera autem hiſtoria ita habet; Prometheus rex erat Scythiæ regionis fœcundiſſimæ, quam Aquila fluuius infeſtabat, hunc multis alueis Hercules aliò deduxit, & pro-

terea Promethei liberator & aquilæ confector dictus eſt, ſed in hoc non conſentiunt Honoratus, Aeſchylus, & is cuius ea ſunt quæ ſub Aphrodiſij nomine circumferuntur problemata.

Socijs è puppe. Alia vet. cod. alia vulgatorum librorum lectio eſt, vtramque adijciam, vt ſuum lectori iudicium maneat. vulgati omnes;

——Socios è puppe ſacerdos
Fata Deûm & miſeræ ſolans incommoda vitæ,
Secura Minys agit & medicabile carmen,
Quo ſimul aſſumpta pulſus fide luctus & iræ.

Vet. verò cod. habet;

——Socijs è puppe ſacerdos,
Securum numeris agit & medicabile carmen,
Quod ſimul aſſumpta, pulſum fide, luctus & iræ.

ingentibus horis. Ita vet. cod. vulgati vero, vrgẽtibus horis, vetuſtior Pariſienſ. & Maſerius, vergentibus.

Proxima Bebricij. Strabo lib. 12. Bebryces qui ante hos Myſiã coluerunt, Thraces fuiſſe exiſtimat, ab hoc autẽ loco Apollonius librũ ſecundum Argonauticon auſpicatur.

rapidi Cyclopes. Ita vet. cod. alij omnes, rabidi Cyclopes.

Sin forma. Ita. vet. cod. vulgat. ni forma. prius magis placet. Apollonius his fere Amyci leges deſcribit.

Ενθάδ' ἔσαν σταθμοί τε βοῶν, αὖλις τ' ἀμύκοιο,
βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος· ὅν ποτε νύμφη,
τίκτε ποσειδάωνι γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα
βιθυνὶς μελίη, ὑπεροπληέστατον ἀνδρῶν,
ὅστ' ἐπὶ καὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε,
μήτιν' ἀποστείχειν, πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο,
πυγμαχίης· πολέας δὲ περικτιόνων ἐδάιξε.

Hæc aliaque pulcerrima habet Apollonius, quæ ſæpe aſſcriberem (iuuaret enim Latinum Poetam Græco opponere, & quid quiſque venuſtatis proprium habeat, attente conſiderare) ni vererer & ſcholiorum rationem excedere, & librarijs erratorum cauſam ſubminiſtrare viderer, quo factum eſt, vt rariùs græca inſeruerim. quæ vero inſerui ſæpe Latina fecerim potius quàm græca admiſcerem. Amyci meminit Plinius lib. 17. cap. 45. Virgilius lib. 5. Ouid. xij. Papin. Thebaide, Amyci patrẽ nominat, Melanth. Lactant. gram-

grammaticus Melopen.

ceſtibus. Ita & vet.cod. & omnes vulgati, vnico Lugdunenſi excepto, qui habet, geſtibus, ineptè.

tumidis auertere. Vet.cod.motis auertere.

Reges doliture. Ita liber manuſcriptus; alij omnes, Reges preme dure, quod interpretatur Maſerius à Neptuno ironicè dictum eſſe, quaſi cùm in ſummo luctu eſſet, iocari etiam libuerit.

alluit æſtu. Ita vet.cod. vulgati, abluit æſtu.

Nonacria proles. Liber calamo exaratus, Nonagria: & quid ferat ammirans, pro, quid ferat admirans.

oro nec. Vet.cod.hîc corruptus eſt, legens, gracia nec vanis, vt & Lugd. & Argent. qui habent, iuuenis formidine, pro, iuuenes formidine.

dolor &. Omnes vulgati, dolet & dura ſic pergere mente: videtur tamen Maſerius ſcriptum alibi reperiſſe, dolor. vet.cod. dolor & duras inſurgere mentes, bene: dicit enim dolorem iuſſiſſe vt, &c.

Qualiter ignotis. In antiquiſſimis & Argentor. vetuſtioribus libris legitur,

Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem
Pandit iter.

De quo Maſerius, vt duce aliquo tramite tenditur ad amnem ignotum, ſic præcedente Polluce in Amycum Argonautæ tendere incipiunt, quam ſententiam quibus è verbis elicere potuerit, non video: fecit certè ſuo more, vt ex vitioſis, & ijs quæ facilè intelligi non poſſunt, aliquem ſenſum raperet. Engentinus, qui editioni Argentoratenſi præfuit, ita verſum hunc deprauauit;

Qualiter ignotis fumantem finibus amnem
Pan intrat.

Perpulcra me hercule emendatio, ruſtico aliquo & Pane digniſſima. vet.cod.

Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem
Taurus aquis, qui primus init, ſpernitque tumentem,
Pandit iter.

Quis iam in huius ſcripturæ veritatem diutius inquirendum exiſtimet? aut quis non videat verſum illum omiſſũ nouam hanc caſtigationem extorſiſſe?

quem nec ſua turba tuendo It tanti. Vet. cod. quem non ſua turba tuendo Id taciti. & infrà, nec quo via: vbi alij, nec qua via.

hæc mea viſit. Ita liber manuſcriptus & omnes vulgati, præter vtrumque Pariſienſem, qui legunt, hæc meaviſat Hoſpitia, hoc cuncti remeent.

Cæſtu reſides. Ita libri vulgati. vet.cod. cæſtus reſides, quod etiam Maſerius videtur recipere:interpretatur enim reſides cæſtus,quibus iamdudum ille nihil operatus ſit. in Argentoratenſi, & Lugdunenſi malè legitur, frigida ratis, ſequenti verſu,pro,frigida raris.

lauitur patrios. Sic Lugdun. Argentorat. & Maſerius:ve• tuſt.Pariſienſis,labitur patrios:at vet.cod. capitur patrios. media lectio nullo pacto admitti poteſt; poſtremam non ſatis intelligo,prima placet:nam veteribus & ſonere,& lauere in vſu erant.de hoc Virgilius 10. Aeneid.

Viſceribus ſuperinfundens,lauit improba teter
Ora cruor.

Idem libro tertio:

Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem.

Iam ſi quis me roget, cur victor lauaretur,dicam;vt ſudorem, & puluerem abſtergeret. Taygetus autem mons Laconiæ eſt,vt habet Stephanus.

E ſocijs ſelectus. Bononiēſis cum vet.cod. è ſocijs electus,

Deficiunt viſu Minyæ. Alij,defiunt viſu mentes.Maſerius, deficiunt viſu in ſe.prima ſcriptura vera eſt.

dubium caput eripit. Ita vulgati. vet.cod.

Oebalio dubium caput erigit aſtu.

quod non minus placet.

effudit nubibus iras. Vet. cod. paulatim inſurgere ferro Integer;plerique vulgares,effudit nubibus iras,Ardoremque viri paulatim inſurgere feſſo Integer.Vterque Pariſiēſis,effudit nubibus iras, Ardoremque viri paulatim inſurgere ferro Incitat, quod malo. Hæc autem ab Apollonio mutuatus eſt,vt & præcedentes cōparationes.Apollonius:

οὐδ᾽ ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες,
ἴσέ περ ὑλοὸν ἄσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.
στάντε δὲ βαιὸν ἄποθεν ἀπωμόρξαντο μετώπων
ἱδρῶ, ἄλις καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε.

ἂψ δ᾽

ἂψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίω, ἠΰτε ταύρω
φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκοτηότε δηριάασθον.

notat ipſe manus. Ita vet.cod. alij omnes, artificumq́ue notata manu. vtrumque conuenit.

Fraude furentemq́ue. Vulgati, furentem. vet. cod. vt excuſum eſt. Erit autem verſus hypermeter, quales apud Virgilium multi ſunt.

Nec ſpes effeta. Sic vet.cod. vtrumque verò Pariſienſe, nec ſpes affecta. Lugdun. & Argentorat. nec ſpes effecta. tale eſt apud Virgilium,

Frigent effetæ in corpore vires.

quanquam neſcio an melius legatur, effecta.

Liber congerit ictus. Hæc legenda ſunt vt vet. cod. liber cōgerit ictus Deſuper auerſo, ſonat omnis vulnere vertex Inclinis, ceditq́ue malis.

nullus ademti Regis amor. Omnino diuerſum habet Apollonius: dicit enim eos ita pro rege pugnaſſe, vt ſequēs dies vulneribus eorum curandis dari debuerit, & pugnam prolixè deſcribit:

Οὐδ' ἄρα Βέβρυκες ἄνδρες ἀφείδησαν βασιλῆος.
ἀλλ' ἄμυδις κορύνας ἀζηχέας. ἠδὲ σιγύνους
ἰθὺς ἀνασχόμενοι Πολυδεύκεος ἀντιάασκον.

Pars Erycis. Virgilius quinto Aeneid.

Vt quondam caua concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicitus eruta pinus.

Perfuſique ſacro. Ita vet.cod. vulgati verò, Profuſique ſacro, malè.

videre priores. Non nulli, vidiſſe priores, quod magis arridet.

Cùm trepidam. Hanc fabulam narrat Ouidius in Metamorphoſi.

De caræ munera. Ita vet.cod. alij, da caræ munere, minus bene. qui cum Ouidio integrum hunc locum contulerit, operæprecium fecerit, & dulciſſimos laboris ſui fructus ceperit.

Iupiter aſtus. Ita vulgati. vet.cod. Iupiter æſtus.

Lucent cui vertice. Vet. cod. toto cui vertice.

Meſſeides vndæ. Sic omnes typo excuſi. vet.cod. Meſſenides vndæ. Meſſeniæ, & Meſſenes meminit Pōponius Mela

lib.2.cap.3.eſt autem Meſſene Laconiæ ciuitas, cuius frequens apud Iſocratem mentio eſt: duo, Strabone auctore, in Theſſalia fontes ſunt, μεσσηΐς καὶ ὑπέρεια. Eoſdem etiã Pythiis, Pindarus coniungit. Hyperia fons eſt Theſſaliç in vrbe Pheris, vt Sophocles apud interpretẽ teſtatur: nominat eũdem Homerus in nauium catalogo. Pherecydes ab Hyperete illi nomen inditũ eſſe vult. Melas (inquit) Phryxi filius duxit in vxorem Eurycleã: ex his naſcitur Hyperes, qui proximè fontem habitabat, dictũ ab eo Hyperiã.

Languentia ſomno. Ita vet.cod. vt vt legeris, eadem dictio repetenda erit.

Cum facibusque pyriſque. Lego cum vetuſto codice, cum facibus ſpiriſque. furias enim anguibus ornari dixi ſuperius. Ouidius:

Tyſiphoneque implexa feros pro crinibus angues.

& mille alijs in locis.

Viſu figit. Vet.cod. viſu fugit.

Raptatur Graias. Ita liber manuſcriptus. vulgati, rapta furit Graias: prius magis placet, vt & illud infra, ſpectat ab arce Phari, potius quàm, ſpectat ab arce poli: rationem nemo non videt.

prouehat Euris. Sic vet.cod. alij, prouehat auris.

Inſuper Harpyiæ. Vetuſtus Pariſiẽſis, inſuper Hirphoides Harpyiæ, iraque Tonantis. Maſerius omnino legendum contendit, Inſuper hunc Typhoides Harpyiæ ira Tonãtis: tunc, inquit, & quantitas obſeruabitur, & verior ſenſus elicietur: in noſtra enim textui conueniente repoſitione appoſitio fit. vet.cod. optimè habet:

Inſuper Harpyiæ Typhonides, ira Tonantis.

& vna dictio è loco ſuo ſubmota omnes has turbas fecit. Sed Baptiſtam Pium loquentem audiamus: Multi, inquit, ſe torſerunt ſuper explicatione horum verſuum, Inſuper Typhonides Harpyiæ ira Tonantis. multos hæc deterruerunt, ne iterum ad Tenareas has caligantes fauces redirẽt. Ego certè hunc locum à Codro Vrceo non intellectum, partim coniectura, partim fultura ſequentis auctoritatis huius poetæ, ſic nitori ſuo reſtitui:

Ira Tonantis agit, Typhonides Harpyiæ quam.

Quod ſentiat Typhonis filias eſſe Harpyias, ex eiuſdem

Poetæ

Poetæ verſibus conſtat:

Clamore patrem Typhona nefando, &c.

Interpres Apollonij ſecundo Argonauticon tradit ſorores Typhonis fuiſſe Harpyias; Tharræo concinit Heſiodus Theogonia, ratus ex Thaumante & Electria illas genitas. nec mirum erit, poetas aliquando diſcrepare nomine. Apollonius adiutũ Phineũ à Boreadis Zete & Calai dicit, à quibus Harpyiæ ſunt expulſæ. At Orpheus Phineũ inſanientẽ philtris vxorijs deieciſſe è ſcopulo filios duos autumat; quare à Zete & Calai, vt perpeteretur durius exſiliũ, in Biſtoniã ablegatũ, & ab alijs luce priuatũ aſſerit. Quẽadmodum autẽ Baptiſta Pius, ita hic etiam legit Andreas Alciatus, vbi hũc locũ accuratè exponit prętermiſſorũ lib. 2. in explicatione l. ſi merces. § vis maior eſt. tit. locati.

primas baculo defertur. Hæc feliciſſimè ex lib. 2. Argonauticon Apollonij tranſtulit, quorum non nulla ſubijciam, reliqua lectori inde petenda relinquens:

Αὐτίκα δ' ἐσαΐων ἐνοπὴν καὶ δοῦπον ὁμίλου,
τούσδ' αὐτοὺς παριόντας ἐπήϊσεν· ὧν οἱ ἰόντων
θέσφατον ἐκ Διὸς ἦεν, ἑῆς ἀπόνασθαι ἐδωδῆς·
ὀρθωθεὶς δ' εὐνῆθεν ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον,
βάκτρῳ σκηπτόμενος, ῥικνοῖς ποσὶν ἤιε θύραζε
τοίχους ἀμφαφόων, τρέμε δ' ἅψεα νισσομένοιο
ἀδρανίῃ γήρᾳ τε, πίνῳ τε οἱ αὐσταλέος χρὼς
ἐσκλήκει· ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον.
ἐκ δ' ἐλθὼν μεγάροιο καθέζετο γοῦνα βαρυνθεὶς
οὐδοῦ ἐπ' αὐλείοιο. κάρος δέ μιν ἀμφεκάλυψεν
πορφύρεος. γαῖαν δὲ πέριξ ἐδόκησε φέρεσθαι
νειόθεν, ἀβληχρῷ δ' ἐπὶ κώματι κέκλιτ' ἄναυδος·

Fallere quas nuſquam. Vet. cod. fallere quas nunquam.

Intorto ſeu turbine nimbus. Vet. cod. niger in toto ceu turbine nimbo, malè.

verruntque dapes. Ita vet. cod. & plerique vulgati. Lugd. verò, vertuntque dapes. De hac Phinei hiſtoria eleganter ſcribit Diodorus lib. 5.

Sæuit odor. Sic lego cum vet. cod. quia paucis interpoſitis ſequitur, flagrat acerbus odor, alioqui bis eadem dictio repeteretur.

Cùm fortè Veſeui. Facit hæc comparatio, vt parum abſit, quin

quin in ſuperioribus legam,

Veſulus attonitas acer cùm ſuſcitat vrbes.

cum vet.cod.non autẽ, Veſuius attonitas, &c. neque enim Poetam bis eadem comparatione vſum fuiſſe crediderim, niſi ad diuerſa incendia, quibus mons ille conflagrauit, retulerit; quanquam nec ſic ſatis commodè ratio eius expediri poteſt: ſed me mouet, ne id affirmare audeam, Virgiliana auctoritas quæ eſt libro decimo:

Multos Veſulus quem pinnifer annos
Defendit.   itaque hæreo.

Aeoas. Ita vet.cod.alij Aeæas, quod magis placet Maſerio, quia, teſte Mela, circa Siciliam in freto Siculo eſt Aeea inſula, quam Calypſo inhabitaſſe fertur, & Homerus ait cultam à Circe.

Turbine ſic rapido. Ita vet.cod.alij rabido.

Cùm premet Argos Letifer. Sic omnes vulgati; liber manuſcriptus, mox tamen & vobis ſimilis fuga, comprimet Argos Lætifera: iudicet lector. Apollonius ſcribit Iridem admonuiſſe Boreadas, ne enſibus perſequerẽtur Harpyias canes Iouis, eamque iuramentum præſtitiſſe eas poſterius Phineum non infeſtaturas, cui Boreadæ credentes ad naues feſtinarunt, atque ea de cauſa inſulę Plotę prius dictę, Strophades appellatæ ſunt. Calais & Zetes, inquit, vel inuito numine Harpyias confeciſſent:

Ει μὴ ἄρ' ὠκέα ἶρις ἴδεν, κατὰ δ' αἰθέρος ἆλτο
οὐρανόθεν, καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν.
οὐ θέμις, ὦ υἱεῖς βορέου ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
ἁρπύιας μεγάλοιο διὸς κύνας ὅρκια δ' αὐτὴ
δώσω ἐγὼν, ὡς οὔκ οἱ ἔτι χρίμψουσιν ἰοῦσαι.
Ως φαμένη, λοιβὴν ςυγὸς ὤμοσεν, ἥτε θεοῖσιν
ῥιγίςη πάντεσσιν ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται.
μὴ μὲν ἀγηνορίδαο δόμοις ἔτι τάσδε πελάσσαι
εἰσαῦτις φινῆος. ἐπεὶ καὶ μόρσιμον ἦεν.
Οἱ δ' ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα
σεύεσθαι. στροφάδας δὲ μετακλείουσ' ἄνθρωποι
νήσους τοῖόγ' ἕκητι, πάρος πλωτὰς καλέοντες.

Ille ducem. Sic vet.cod.& plerique vulgati: Maſerius tamen legit, Ille deum, ineptè.

Sic largus honos tantum illa. Ita omnes vulgati.vet.codices,

tam

tam largus honos,tam mira.

Saxa premunt. Ita vet.cod.reliqui,ſaxa petunt, & infrà, ſi qua breuis ſcopulis fiet mora,ſi ſemel orſis Vlla quies ,fuga tunc medio properanda recurſu. vet. cod. ſi qua breui ſcopulis fuerit mora , ſi ſemel orſis Vlla quies , fuga tunc medio patranda recurſu.

ſimul excijt aures. Sic vetus cod. cum Argentorat. vetuſt. Pariſ.& omnes vulgati: ſimul excidit aures. Maſerius autẽ probat rectiùs legi,incidit aures,quàm excidit.

rapidi ſteterint. Ita vet.cod. vulgati,rapidi ſteterint.

Ater aquas Acheron. Ita vet.cod.vulgati, alter aquas Acheron:Lugdunenſis,alter aquis.

quas torqueat Ancon. Vetuſtius Pariſienſe, aut torqueat Acon:vulgati,aut torqueat Ancon.Egnatius cap.18.Racemationum,Ancon, inquit, à Græcis, à Latinis cubitus dicitur:ſed & loca ipſa quæ ita excurrunt vt cubiti vicẽ præ ſe ferre videantur, Ancones & à Grȩcis , & à Latinis quaſi cubiti dicuntur, inde & Ancon illa Dorica celebri munita portu ciuitas,nempe quòd vice cubiti in mare ſubiectum excurrat,vt meminit iij.Rapſodia Euſthatius,quin & Geographus hac in Italiæ parte prodit duos fuiſſe cubitos , id eſt,Anconas.verba eius ſunt Geographiæ 1. Ceterum Ancon longus quidem & anguſtus ac deductis à Caprearum locis ſeſe extendens, ex altero autem ad Poſſidoniatem ſinum patuæ tres adiacent inſulæ deſertæ , & petroſæ, quas Sirenuſſas vocant.è quibus verbis ſatis mihi fuerit oſtendiſſe huiuſmodi Ancones pluribus terrarum locis reperiri.Illarum ſæpe poetæ,rarò geographi meminerunt:Valerius quoque Flaccus in mari Euxino Anconis cuiuſdam meminit, vbi qui Acon reponendum monent , falluntur, nec Apollonij carmen,qui lib.2. Anconem nominat, perceperunt. Hæc ille , qui & putat apud Ouidium vltimo Metamorph.legendum eſſe,ſpiſſi litoris Ancon , non Antium,vt Raphael legit, vel antrum vt alij , neque ego ſanè vnquam aliter ſenſi.

Thermodoon. Ita vet.cod.Maſerius legit Thermodõ, nec aliter legi poſſe exiſtimat. ſi quis cum Seruio neutrũ reijciendum dicat, quid obſtat quo minus apud Virgiliũ lib. 11. Aeneid.

Quales

Quales Threiciæ cũ flumina Thermodõtis; legatur, cũ flumina Thermodoõtis. Apollonius certe ſcripſit Thermodõtis, & ſpondaicum verſum fecit, ἐπὶ δ' ςόμα θερμώδοντος. quare tutiori ſentẽtię adhæreo, & Thermodõtis, non Thermodoõtis lego, quanquã alibi apud Ouid. aiunt reperiri,

Vt breuis Harpalice Thermodoonta ſecat. quod mihi quærenti, vt ſit, non occurrit.

inſultat Enyo. Vetuſt. Parienſ. inſulet Enyo, male. alij, inſultet Enyo: vet. cod. inſultat Enyo.

Sileo & precor. Ita vet. cod. Maſerius, ſileo precor: alij, inquit, legũt, ſileo procul, quod minus cõuenit, ſeu referatur ad præcedentia, licet dutiuſculè, ſeu ponatur abſolute.

Exactæ nam vere. Ita vet. cod. alij, verum nę. quidam verumne, & ſequenti verſu, nec metuam, tutæque dapes.

Auditur ſonitus. Lugd. & Argentor. auditus ſonitus. vtrũque Pariſienſ. auditi ſonitus. vet. cod. auditur ſonitus.

Diffugere. Sic liber manuſcriptus. Lugd. & Argent. diſijcere. vetuſt. Pariſ. diſcicere. Maſerius legit aufugere, cõiectura fultus.

Idem Amyci. Sic vet. cod. recte, alij idem animos certe.

Rediere viris. Sabellicus nactus codicem, in quo (vt in omnibus vulgatis & veteri legitur) ſcriptum erat, cecidere viris, recte, mea ſententia iubet reponi, rediere viris.

Vel fallar. Ita Lugd. & Argentor. Maſerius, vel fallis: vetuſt. Pariſ. vel fallit. vet. cod. vel fallor.

fuſo ſe condidit antro. Sic omnes vulgares: vet. cod. fumo ſe condidit atro.

Ceperat incedens. Ita vet. cod. alij, ceperat intendens.

Nec eniti remis pote. Ita plerique vulgati: alij, nec eniti remis quoque, de ſignificatione & vſu verbi potis, elegantiſsime in Catullum diſſeruit Muretus.

Exirent flumina Rhebi. Ita vet. cod. & antiq. Pariſ. quam ſcripturam etiam Sabellicus inuenit, ait enim ſic: infra vbi eſt, fallit, vide ne, fallor, eſſe debeat, vbi adductis, melius ſit abductis, vbi mixtis mixt⁹; vbi arenis ibi ahenis: vbi Rhebi eſt, ibi Phœbi: cuius caſtigationẽ nõ probo. Apollon. & Rhebam, & Rhebum nominat, Rhebas, inquit Bocatius, nomine feſſus. Sciẽdum eſt, inquit Hermolaus, Rhebam cuius mentionem ex Ammiani & Plinij verbis fecimus, Rheban

tem

rem quoque nominari, vt ſit non modo Rheba, ſed etiam Rhebas; ex Arriano Euſthatioque. De his Dionyſius, cuius verba ita Latine ſonāt, His proxima eſt Bithynia lęta quidē regio atque omni referta vbertate, quā Rhebas fluminis amœniſſimus, gratiſſimis perfundit aquis, donec in pontū cōciderit, quibus nec eſt vllus in ceteris terris amnis iucūdior, neq; qui magis ad voluptatē iucunditatemq; faciat.

Vix primis amplexi. Ita Lugd. Argentor. & vet.cod. id ſi recipimus, intelligemus ſeſe mutuo complexos fuiſſe: ſin vero lectionem vtriuſq; Pariſ. admittimus, quæ habet, amplexis luminis oris, dicemus ita hic poſitū amplexis oris, quemadmodum illud apud alium:

Sic te complexa morientem Galle puella. ſed mihi ea ſcriptura minus placet.

Hypanisque Nomasque. Ita omnes vulgati, Nomas, inquit Maſerius cum Niniuita, fluuius eſt ex Nomadum regione in pontum defluens. Solinus cap. 39. Quod eſt à flumine Ampſaga Numidiæ datur. huius incolæ quamdiu errarunt pabulationibus vagabundis intenti, Nomades dicti ſunt. Mela quoque libro tertio capite quinto & lib. 2. cap. 1. in Scythia eos ponit, vt & Strabo lib. 11. & Plinius lib. 3. cap. 5. Nomadem vero fluuium eſſe nuſquam alibi inuenio. lego itaque ex veteri cod. Hypaniſque Melaſque. Melas enim in Pontum emittitur, teſtibus Strabone, Plinio & Ptolomæo, eius autem meminit Apollonius lib. 1. ſed & aliorū fluminum Melas nomen eſt, nam vnum in Mygdonia eſt, Ouid. lib. Met. 2. Mydoniuſque Melas. aliud eſſe in minori Aſia, quod Smyrnā circūeat ſcribit Solinus, aliud nauigabile in Cilicia, & ipſius eſſe terminū tradit Plin. lib. 5. aliud item eſt in Thracia teſte eod. Plin. lib. dicto. Herodotus lib. vij. in Bœotia ponit. Pomponius in Pamphyliæ fluuiis recenſet. Ouid. Faſtorū lib. 4. in Siciliæ.

glacialibus auris. Ita vet.cod. alij, glaciantibus auris, tanta autem eſt frigoris vis in Scythia vt mare Cymmerium glacie conſtringatur. Lucanus 1. Pharſaliæ:

Et qua Bruma ingens & neſcia vere remitti
Aſtringit Scythicum glaciali frigore pontum.

Vbi non intelligit (vt Volſcus alibi monet) de Oceano Septentrionali qui craſſeſcit duntaxat, non autem cōgelatur,

ſed

ſed de ſinu Euxino,qui propter diuerſa flumina quæ ſuſcipit,planè gelu duratur. ſic etiam intelligendum illud Iuuenalis Satyra 5.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum.

Vrſæ rigor inuenit. Vulgati, vrſæ rigor inuehit, & vbi alij freta verſa;ibi Lugd.& Argent. freta merſa.

rigat ardua. Ita vet.cod.alij,riget ardua: antiq. Pariſ.reget ardua. ſic vbi alij anfractibus angit,vet.cod. anfractibus auget.

Aut vernis cùm lux. Vſque adeò dēſa eſt, inquit Maſerius, glacies, vt non primo ſole, non vere, ſed cùm ſol domum Tauri pertranſijt, reſoluatur. Illud autem poſtremum è quibus Valerij verbis colligat non video,cùm in omnibus vulgatis poſt illud tenebris plena ſit periodus;videtur certè alibi verſum aliquem huic ſubiunctum reperiſſe: quis verò is fuerit,difficile eſt diuinare. vet.cod. Sed redit extremo tandem in ſua litora Tauro; quod carmen cùm in libro manuſcripto repertū non omnino ab hoc loco alienum videretur, volui adiungere, vt lector de veritate iudicaret.

Iam Mynias diris. Ita vulgati. diris, ait Maſerius, quas Phineus declamandas docuerat.vet.cod.cum Argentorat. iam Mariandinis aduertit, rectè: quis enim non videt ex eo factum eſſe illud,Minyas diris?

Atproperat Lycus. Sic vulgares.vet. cod. approperat.

Atque eadem ira. Vterque Pariſ. cum omnibus recentioribus,atque ea cura:Bononienſis verò,atque eadem mira, quod Sabellicus non ſtante verſu repellit, legens; eadem ira:eam autem lectionē approbat liber calamo exaratus.

mihi fuſus. Ita vet.cod. cum recentioribus: vterque verò Pariſienſis,mihi luſus,malè.

Lege quod accidit vltus. Sic Lugd.& Argentor. vetuſt. Pariſ.lege quod accidit vſus.vet.cod.& Maſerius, lege quod occidit vltus,optimè:vltus autem in paſſiua ſignificatione accipiendum eſt.poteſt etiam legi,lege quod occidit vſus, non ineleganter.

LVDOVICI CARRIONIS IN QVINTVM LIBRVM VALERII FLACCI SCHOLIA.

Supremo in tempore Typhyn. Sic omnes vulgati. vet. cod. ſupremo in funere Tiphyn.

Tute pariter. Vet. cod. & nonnulli recentiores, toto pariter, quod reijcit Sabellicus, cuius opinionem laudat Maſerius: ego verò vtrumque reijcio, etſi prius malim.

aut ipſe relinquor. Ita vet. codex. alij, aut ipſe relinquo, malè.

mens anxia. Ita liber manuſcriptus; plerique vulgati, nunc anxia, peſſimè.

quantum Phaſis, quantumque receſſit. Sic omnes vulgati præter Engentini editionem, quæ cum vet. cod. legit, quantum Phaſis, quantũ Aeta receſſit; optimè: pater enim Medeæ & Aetes & Aeta vocatus fuit. Apud Ouidium verò epiſtola Hypſipyles ad Iaſonem, vbi quidam legunt, non ſenis Aetæ, alij, non ſemel Aetæ, legendum eſt;

Non ſenis Aeetæ regia Lemnos erat.

Sed quid de loco illo, qui eſt eadẽ epiſtola, dicturi ſumus?

Non hæc Aeſonides, ſed filia Phaſis Aëtæ,

Vbi Volſcus legit, filia Phaſis Aëtæ: Hubertus verò Creſcentinas monuit propter vocalem ſequentem primam ſyllabam dictionis Aeëtæ, quæ erat diphthongo lõga, corripi, quod illi maximopere arridet: mihi ſanè prior ſententia magis placet, cùm æquè Aeta atque Aeëtes dicatur, quod etſi illo Ouidij, quem ita lego,

Non hæc Aeſonides, ſed filia Phaſias Aetæ;

& eiuſdem 7. Metamorph.

Diſſimilemque animum ſubijt pater Aeta relictus.

& hoc loco Valerij (piget enim in re manifeſta pluribus agere)

Quantum Phaſis, quantum Aeta receſſit;

ſatis confirmari credo: accedat tamen (tanquam ſupernumerarius teſtis) auctoritas trium veterum codicum manuſcriptorum, qui apud eundem Ouidium legunt,

Accipit hoſpitio iuuenes pater Aeta Pelaſgos.

non

non, iuuenes Aëta Pelaſgos.

Quod tamen extremis. Vet. cod. externis, rectè. ſic etiam ſuperiori verſu, vidit labentibus. vet. cod. lambentibus, optime.

Non diuidet vmbras. Hæc eſt lectio vulgatorum librorum. vet. autem cod. non diuidat vmbras, Oſſaque nec tumulo nec ſepare contegat vrna. ſepar idem eſt quod ſeparatum vt apud Papinium,

——Tu ſepare cœtu
Elyſios Perſea pios.

Sollerſque. Sic vet. cod. & ita ſcribendum eſt: non autem ſolerſque.

Ac velut ille gregis ceſſit. Ita vet. cod. Argentor. & Lugd. ac veluti gregis acceſſit. vetuſt. Pariſ. ac veluti gregis ceſſit. Maſerius, ac velut ipſe gregis.

Lætus ſic. Ita vulgati. vet cod. melius, lætos ſic.

Iam prora fretum. Sic liber manu ſcriptus: alij, nam prora fretum, &, triſtes diuiſerat, alij, placidas dimiſerat.

Callirhoen. Ita vet. cod. antiqui Pariſienſ. Callirhoon: recentiores cum Maſerio Callichorō, quod malo: nā Apollonius ſtatim poſt Acheruſias paludes eius meminit, & ea quæ hic Valerius, ille lib. 2. recenſet, quem Plinius, inquit Hermolaus cap. 1. lib. 6. Callichorū dicit, eum vocat Flaccus Callichroon, ſed cùm feſtam noctē actam eo loci dicat, etiam Callichorum defenderim quaſi à choreis.

Huc accedit quod in Phocide eſt locus Panopeus appellatus, quem Callichorum (vt inquit Pauſanias) Homerus vocauerit: propterea quod Thyades Athenis profectæ vt Liberi patris Orgia cum Delphicis mulieribus in monte Parnaſo celebrarent, quotannis medio itinere multis locis, præcipue Panopenſi agro Thyaſos & Choreas ducerēt; quæ ſi huc referantur, planè conuenient.

Bœotia. Sic omnes vulgares. vet. cod. Boëtia: quomodo autem ſcribi debeat (nam vtramque ſcripturam libri calamo exarati habent) quæſtio eſt inter nobiliſsimos grammaticos agitata.

Fatorum laudibus. Ita vet. cod. alii, natorum. ille autem verſus qui in Lugd. & Argentor. ſequitur:

Venturam cælo fatis melioribus Argo, non eſt Valèrianus

rianus nec in vet.cod.antiq.Pariſ. Bononienſ. aut Maſerij editione reperitur, quin ab Engentino huc reiectū credo. ne quis vero ſit qui libri calamo exarati ordinem exſpectet (quāquam is mihi ſatis & corruptus & perturbatus videtur) eum ſubijciam: vt videant lectores, poſſint ne ex eo commodum aliquem ſenſum formare:

Fama per extremos quin iam volat improba manes,
Addictasque fretis repetens freta, quaque ferentes,
Cyaneas.

Illud autem carmen: Interea & magnis fatorum laudibus implet. ſequitur ibi improba manes &c. ſed in margine. quare cùm dubitem de eius veritate, nemo mihi religioni vertet, ſi modeſte coniecturam meam proponens quomodo legendum putem, ſubiiciam:

Fama per extremos quin iam volat improba manes,
Addita iamque fretis repetens freta, iamque ferentes
Cyaneas, ardent. &c.

Nemo autem hac coniectura ſe ita tanquam præiudicio condemnatum exiſtimet, vt meliora afferre non poſſit.

Protinus attulit. Ita vet.cod. recte: alii abſtulit, ineptè.

Omina. Male omnes vulgati, omnia. vet.cod. omina. & infra, viſos placantia; male Lugd. viſo.

Odryſius dum rite mouet. Sic vet.cod. Argentor. & Lugd. Odryſius dux rite mouet: reliqui vulgati, Odryſium dux recte mouet: quam poſtremam lectionem ita interpretatur Maſerius; hic, inquit, aut dat repetere debes, aut dicere ducem mouere Odryſium vatem carmina, nam moueo conſtruitur cum duobus accuſatiuis. vet. cod. lectio germana eſt.

Nomenque reliquit arenis. Idem habet Apollonius lib. 2,

ἄνδιχα δ᾽ ἂν χύτλων νηοσσόῳ ἀπόλλωνι
βωμὸν δειμάμενοι μῆλ᾽ ἔφλεγον· ἂν δὲ ὀρφεὺς
θῆκε λύρην, ἐκ τοῦ δὲ λύρη πέλει οὔνομα χώρῳ.

Orpheus ſuſpendit lyrā, ex quo lyra nomen eſt loco, quod ignorans Maſerius inſigniter hoc in verſu explicando allucinatus eſt.

Crobiali latus. Ita omnes vulgati. vet. verò cod. Cobylli latus, de hoc Hermolaus in Plinium lib. 6. cap. 1. Bylæum amnem, videtur Valerius Flaccus Cobyllum vocaſſe, ini-

tium Paphlagoniæ conſtituens,ipſe tamen in verſu illo nō de Bilæo amne intelligo, ſed Crobiali ſcribendum cenſeo ex Apollonij illo verſu.

Κρωβίαλον κρέμναντε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.

Strabo,niſi vitium ſit,Gobialon vocat: Homerus ſane Aegialon β ιλ.dixiſſe videtur, multa ab hoc loco non aliena habet Scholiaſtes Apollonij.

Inopi. Florent. Bonon. & antiq. Pariſ. Inopia: Hermolaus Inopi legit,tametſi,inquit,legatur Inopiæ. Ceterum Inopus amnis producta prima & media in Delo erat, vt inquit Pauſanias,& 2.lib. Plinius.vet.cod. Enopiæ. Enope vrbs eſt propinqua Pylo ſub ditione Agamēnonis. Pauſanias putat Geremiam ab Homero Enopen vocatam. Eſt Deli inquit Strabo lib.11. Cinthus mons ſublimis & aſper, amniſque per inſulam non quidem maximus labitur Inopus nomine; hic Dianam & Apollinem Latona peperit, ideo locus tribus gratus eſt numinibus, vide Rhodiginum lib.6.

materna gratior. Inepte habet Lugd. materni gratior.

Mox etiam. Vterque Pariſ. mox etiam Cromnāque iugo pallente Cytoron. recentiores,mox etiam Cromnam atq; iugo pallente Cytoron.vet. cod.mox etiam Cromanæ iuga pallentemque Cytheram,media lectio optima eſt.Mela, lib.1.cap.20.in vet.cod.ita habet,Cytra Parthenius amnis vrbſque Seſamios & Cromnos & à Cytiſoro Phryxi filio poſita Cytoros; recentior editio, vrbſque Seſamios & Cromna & à Cytoro Phryxi filio poſita Cytoros. vtraque ſcriptura vitioſa eſt,legi enim debet vrbſq; Seſamos: nam ea ab Apollonio nominatur,ſic & apud Volaterranū quod legitur Crobialon oppidum eſſe non procul à Seſanio, Seſamo reponendum eſt, iam vero apud Melam qui id quod in antiquioribus excuſis eſt, à Cythiſoro,mutarūt in,à Cytoro:etſi id contra auctoris voluntatē,vt ex manuſcriptis libris conſtat.atque adeo præter rei veritatē (nam Orpheus Apollonius & Valerius, Cytiſorum Phryxi filium appellant)feciſſe videri queant, ſuum tamen auctorem habent Strabonem.is lib. 12. ex Ephori ſententia Cytorum Synopenſium Emporium facit, à Cytoro Phryxi filio cōditum. Solinus cap. 56. Paphlagonia Carambi promontorio ſpe-

ctat

ctat Tauricam, conſurgit Cytoro monte porrecto in ſpatium trium & ſexaginta milium. quem vero Apollonius ὑλήεντα dixit, hoc eſt, ſiluoſum, de eo Virgilius,

Et iuuat vndantem luxo ſpectare Cytorum.

Erythina. Sic Maſerius & Sabellicus: Apollonius Erythinon vocat. vet. Pariſ. Ετithrea. vet. cod. Erythia. Stephanus ait Erythiam Paphlagoniæ eſſe ciuitatem, Volaterranus ex Strabone ponit Erythinon propè Paphlagoniam in mari pontico: vide Strabonem lib. 16.

Autolicum. Vet. cod. cum antiq. Pariſ. Autolytum Phogiumque & Deiolenta. malo legere cum Maſerio, Autolycum Phlogiumq; & Deioleonta, quod id magis congruat cum iis, quæ habet Apollonius.

vagus hos. Vulgati, Vagus hos ibi fecerat, de quo Maſerius: error fecerat fratres ibi vagari, aberrantes ſiquidem à via vagabantur. tunc Hypallage erit, licet error queat vagus dici, hæc ille. Bonon. liber, vagus hos defixerat error. vet. cod. vagus hos ibi fixerat, quarum alterutrā veram lectionem eſſe non dubito.

Maſſageten. Vet. Pariſ. Maſſagetom. Maſerius Maſſagetūm: omnes recentiores cum libro manu ſcripto Maſſageten, & ſic lego. Cœlius lib. x. ait potum Maſſagetarum eſſe ſuccum è pomis expreſſum, de quorum moribus ibidem latiſſime agit, vide Strabonem lib. 2. Solinum cap. 62. Papinius Achilleide ſcribit eos equorum ſanguinem lacte miſtum potare, eius hæc ſunt:

Lactea Maſſagetæ veluti cùm pocula fuſcant
Sanguine puniceo.

Sic Claudianus.

Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes.

quam vexerit amnis. Vet. cod. quam vexerit amnis in æquor: omnes vulgati, quam ſanguine vexerit amnis.

Qui furor. Lugd. cum omnibus vulgatis, qui furor inſignis, quo &c. vet. cod. qui furor inſignis, & ita legi debet; Maſerius ait, aut furor dicendus eſt inſignis, aut baltheus.

Inde Genetei rupes. Vulgati ex auctoritate Angeli Politiani habent, inde Genetęi rupē. vet. cod. inde Genetęi rupes, multo melius. Genetæ his locis & à Valerio & ab Apollonio cele-

nio celebrantur; erat apud Chalybes Genetes & portus & fluuius, teſte Sophocle. dicebantur & incolæ Genetes, vt habet Stephanus. meminerũt Dionyſius Poeta, Euſthatius & Strabo. vide Scholiaſten Apollonij.

Tibarenum. Pomponius Lætus cõſuluit aliquãdo Angelum Politianum ſuper his verſibus: qui hunc in modum illi reſpondit: verſus in Valerio Flacco quos mendoſos putas, hi ſunt:

Indigena æterni rupem Iouis, hinc tibi Mauors:
Dant virides poſt terga latus.

Hos ita legendos arbitror,

Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum.

Vt ſit ſenſus, poſt Chalybas promontoriũ Genetæi Iouis dant poſt terga, hoc eſt. prӕternauigant tũm virides lacus Tibarenorum, virides ſcilicet quia pecore abundant, quibus Tibarenis mos eſt vt à parturientibus iamq; etiã partu liberatis vxoribus, viri in lecto mitrati collocentur, & ipſi vice puerperarum foueantur curenturque, quod ex Apollonio mira breuitate tralatum eſt.

τὺς δὲ μετ' αὐτίκ' ἔπειτα γενηταίου διὸς ἄκρην
γνάμψαντες, σώοντο παρὲξ τιβαρηνίδα γαῖαν,
ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες,
αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες
κράατα δησάμενοι· ταὶ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
ἀνέρας, ἠδὲ λοετρὰ λεχώια τοῖσι πένονται.

Addunt interpretes. Apollonij ſcriptum id etiam à Mymphodoro in Tiſinomis, tum Genetæum promontorium à Genete fluuio dictum, in quo templum ſit hoſpitalis Iouis, quod eodem libro ſcribit Apollonius: virides autem lacus erudite dixit Valerius, ob paſcua; Tibarenos etiam Orpheus poſt Chalybas ſtatim nominat, & eoſdem Strabo Tibarnos appellat, vide Hermolaũ in Plinium lib. 6. cap. 4. Mela. lib. 1. cap. 21. Tybareni, inquit, Chalybas attingũt, quibus in riſu luſuque omne bonum eſt. Hęc ſunt quæ Politiani lectionem confirmant, liber tamen manu ſcriptus habet, inde Timauos, certe ſi ſimilitudinem vocum quæ dentium colliſione in pronunciatione fit ſpectemus, parum aberit quin pro eo, hinc tibi Mauors, inde Timauos legendum cenſeam. ſuſpicor ab aliquo excipiente id factum

ctum,quanquam cùm nihil inueniam quod pro me facit, non audeo affirmare, ſed ſententiam, donec rectius quid inuenero,ſuſtinendam arbitror.

Moſſynoeci. Ita vetuſt. Pariſ. recentiores vero, Moſſynichi,at vet.cod.Moſſonychi.de hoc verſu hæc habet Iacobus Mycillus, quem ego virum inſtaurandis bonarum litterarum ſtudiis natum fuiſſe ſtatuo:apud Valerium (inquit)Flaccum lib.5. eodem modo per geminationem extenditur, Moſſynni, ſic enim legendũ videtur,non Moſſyneci,vt vulgaris editio habet,Græcus enim verſus talis eſt;

Μάκρωνες φιλύρες καὶ οἱ μοσσύνους ἔχουσι.

Cuius coniecturam adiuuat vet. lib. meus manu ſcriptus Pomponij Melæ,vbi ita legitur,vltra Carambim Moſſyni (vulgares Moſſynæni)turres ligneas ſubeunt,notis corpus omne præſignant, propatulo veſcuntur, promiſcuè concumbunt,& palam reges ſuffragio deligunt, vinculiſque & arctiſsima cuſtodia tenent, atque vbi culpam praue imperando meruere,inedia totius diei corpus afficiunt; ceterum aſperi, inculti, pernoxij appulſis; deinde minus feri. Barbarus in Plin. lib. 6. cap.4 . vbi legitur Maſyni,legendum eſt Moſſynici aut certe Moſſynoeci ex Xenophonte, Halicarnaſſæo, & Strab. ſic dicti quia in turriculis viuunt quas Greci Moſſynas & Moſſynos appellãt,teſte Dionyſio Poeta,& Strabone.Stephanus Tibarenis proximos Moſſynecos & Chalybes facit.Ammianus poſt Tybarenos Chalybes,Byzares & Sapyres & Moſſynœcos & Macrones & Philyres ponit, Hæcateus Tibarenis iungit ad orientem ſolem Moſſynœcos, quorum vrbem Chereades plurali numero diei teſtatur.

Macrones.Vet.cod.Magrones,vtGrangęa,pro Drãcęa,& ſuperius,Lygurgum pro Lycurgum:idque ex affinitate litterarum C.& G. quod pulchrè Ræuardus noſter in omni antiquitatis cognitione prudentiſſimus & iureconſultiſſimus edito nuper ad leges 12.tabul. eleganti commentario docuit,quomodo etiã legis illud caput;Cauſſam conſcito. legendũ optime oſtẽdit,Cauſſam cnoſcito,idq; ex Feſti auctoritate, contẽdentis C. pro G. veteres frequẽter poſuiſſe, vt ibi latius demonſtrat.

Byzereſque.Vet.cod.Bythereſque.vet. Pariſ.Byzareſque.

Maſerius & recentiores, Byzereſque: quam lectionẽ, quòd cum Apollonio conuenit, repræſentandam curaui.

Philyræque à nomine. Vet. cod. Philyreiaque, neſcio vtrum debeat præponi. ſuſpicor certè Poetas, cum prima ſyllabá producẽda eſſet alioqui natura breuis, ll. geminaſſe: Phillyrides enim producitur cum Philyra hic corripiatur, niſi dicamus primam communem eſſe; ſecunda verò ſemper corripitur: nam apud Ouidium 11. Metamor. & 6. Faſtor. Phillyrius, pro Philyreius corruptè legitur.

moribunda deſuper. Ita vet. cod. cum Lugd. & Argentorat. alij moribundam deſuper.

debita poſuit. Sic omnes vulgati. vet. cod. debita noſcũt, melius: dicit enim eos è ſignis loca cognouiſſe.

Alipedum Iuno. Catechreſis eſt, eodem autem modo dicit hic Poeta equos ſiſti, quo apud Catullum Argonauis curſus dicitur;

Ipſa leui fecit volitantem flamine currum.

paruo de marmore. Ita vet. cod. Maſerius vero multis rationibus legendum affirmat, pario de marmore, quod cùm contra fidem vet cod. ſit, multis de cauſis non placet.

Per genus. Vetuſt. Pariſ. pergenus. Lugd. & Argẽtor. pergimus, inepriſſime. vet. cod. per genus, ita & antiq. excuſi.

ſidera paſſis. Vetuſt. Pariſ. properanti ſidera paſſum. reliqui vulgati, properãtia ſidera paſſum, vnde factũ eſt vt putarit Sabellicus legendum verſu ſequenti, Phryxe foue: ego, inquit Maſerius, nihil muto. nam ordo eſt, me tuteris paſſum tot freta & tot ſidera properantia, dein ſubdit, Phryxe faue & reminiſcere patrias ſedes. quod ſi qui volent adhærere Sabellico, hunc ordinem ſeruent neceſſe eſt, tuteris me in his regionibus & foue me paſſum tot ſidera. Hæc Maſerius. vet. cod. properantia ſidera paſſis Phryxe faue: & ita à Poeta ſcriptum eſt.

placidus reminiſcere. Sic vet. cod. alij omnes, patrias etiam reminiſcere.

per te vehar. Ita liber manuſcriptus. alij, præteruehar.

pellu micet. Sic codex calamo exaratus: reliqui omnes, pellis nitet, quod minus placet.

Incipe nunc. Ab hoc loco Apollonius tertium librum auſpicatur, vbi Erató inuocat; male autem in quibuſdam vulgatis

gatis hic legitur, viſaque nobis, pro viſaque vobis, hoc eſt, tibi & alijs muſis. Virgilius:

Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.

trepidam ſub virgine. Sic omnes vulgati. vet. cod. trepidam ſub imagine.

quęcunq; procorũ. Ita vulgares libri, quam lectionẽ laudat Maſerius. vet. cod. quæcũque procorũ Pacta petat, optime.

omne refuſis. Sic vet. cod. non nulli, omne reflexis: alij, omne refoſſis.

Et data ſeri. Vet. cod. & data ſæui, ſic infra: Hęmonijs infauſtum. vet. cod. Hæmoniis infeſtum.

ipſum qui talibus. Omnes vulgati, ipſum qui talibus auſis Spem ſibi iam rerum vulgi leuitate ferentem. vet. cod. ipſum quoque talibus auſis Spem ſibi iam rerum, vulgi leuitate ferentem, quam lectionem etiam Sabellicus agnoſcit, & de eius veritate nihil dubito.

Regum cum milibus. Ita vet. cod. alij oẽs, regni cũ milibus.

Debitus Aeeis. Vet. cod. Aetheis.

ne prælia forte. Vet. cod. ne prælia forte Hinc tibi grata negẽ, manet ingens ægida ſudor. vulgati omnes, nec prælia forte Hinc tibi grata neget, iã iam manet ægida ſudor.

Aut altos diris. Vet. cod. aut altos duris.

luſtrantiq; flumina. Vet. cod. lumina, male. & verſu ſequẽti. tantis in ſedibus· vet. cod. tacitis in ſedibus.

Fratre tamen. Variè verſus hic legitur. vet. Pariſ. fraternam mortẽ ante ſequi, ita & Lugd. & Argentor. Maſerius vero, frater & amne ſequi nantes. Sabellicus alibi ſcriptũ reperit, frater & à mento nantes, pro quo reponit, amne ſequi nantes. vet. cod. fratre tamen conante ſequi, optime, & quæ prolixe tractat Maſerius, parum huc faciunt.

Aequali Schytidum. Ita vet. cod. alij, ęquali Dryadũ, ineptè.

Et caræ. Nõ nulli caræ, alij claræ. vtrumq; æquè cõuenit.

Talis & in vittis. Omnes libri habent, inquit, Maſerius, talis & imittis, vide an gratius ſit, immitti, aut immitis dicas, pro inquieto poſitum, cùm Medeæ animus non eſſet in tranquillitate. vet. cod. in vittis, elegantiſsime.

Mater Aduenit. Sic vet. cod. alij, petat agmine noſtro Aduenit, prius malo.

magni ſedere. Ita omnes vulgati, vet. cod. magniq; dedere.

hebet Arcas. Cùm ita legeretur, Sabellicus cenſuit legendum,habet Arcas.at priorem lectionem vet.cod.agnoſcit,& nihil magis placet.

ora Dianæ.Ita vet.cod.alij omnes, arma Dianæ: eodem modo apud Virgilium, Aeneas Venerem alloquitur:

O quam te memorem virgo, neque enim tibi vultus
Mortalis,nec vox hominem ſonat,ó Dea certe,
Aut Phœbi ſoror, aut Nympharum ſanguinis vna,
Sis felix,noſtrumque leues quæcunque dolorem.

Perfer opem. Sic omnes vulgati· vet. cod. ſed fer opem, prius Latinum eſſe.non exiſtimo, & infra;nos hoſpita pubes:vet.cod.non hoſpita.

atque omnia. Vet.cod.ſed & omnia.& ſi veros poſſis:vet. cod.ſi viuos poſſis.

Phœbi genitoris ad aram. Reſpicit ad Apollinis genitoris aram,quæ in Delo erat. nam Cloatius Verus teſte Macrobio lib. 3. cap. 6. ait Deli Apollinis genitoris, in qua nullum animal ſacrificatur, quam Pythagoram velut inuiolatam adoraſſe produnt. eodem ſenſu dixit Virg. Aeneid.3.

Da pater augurium, atque animis illabere noſtris.

Meminit huius arę Cato de liberis educād. Nutrix, inquit, hæc omnia faciebat in verbenis,ac tubis ſine hoſtiis,vt Deli ad Apollinis genitiui aram.

Alloquijs.Omnes vulgati, alloquiis facilis præſens pater admouet æquis.vet.cod.alloquiis facilis,præſens pater admouet æqui.

Tale iubar. Vet.cod.& Maſerius;tale iubar per tecta micat.Lugd.cum omnibus vulgatis, tale iubar in tecta:prius malo.

Dux lætus. Sic liber calamo exaratus,alij lætatus.

prima Seſoſtris. Vet. cod. Seſoſtres,vide Herodotum lib. 2. Strabonem 16. Diodorum lib. 2.

trepidæq;. Sic vet. cod. alij,tepidæque requirunt; & ſine imbribus amnem.vet.cod. ſine imbribus annum.

Ater & Eridani.Omnes vulgati,acer & Eridani.vet.cod. Ater & Eridani,quam ſcripturam Sabellicus laudat; ater, (inquit)eſt fumidus & ambuſtus.

Ipſa ſubit. Vet. cod. Ipſe ſubit vere,nam de duce intelligendum eſt.

Torto

torto ratis. Vet.cod.cum Sabellico, toto ratis. vtraque lectio tolerari poteſt.

iam Phaſidis. Ita omnes vulgati. vet. cod. per Phaſidis, optimè.

Ludus vbi eſt multus. Non nulli, ludus vbi exſtabat. vet. cod. ludus vbi eſt tantus: alij, ludus vbi eſt multus. Lugd. & Argentor. ludus vbi & cātus: quę lectio maximè arridet.

implicat igne domus. Vet. codex, implicat igne domos, melius.

Quin idem. Ita vet.cod. alij omnes, quis idem, malè.

penetralibus edit. Sic omnes vulgati. liber manuſcriptus, patrijs penetralibus infert.

Diſtulerant ſed. Vet. Pariſi. diſtulerant ſed bellator tum. Lugd. & Argentorat. diſtulerant ſed bella torum: quam egregiam emendationem Engentino debemus, quanquam parum ab hoc vet. cod. meus recedat, legens, diſtulerant ſed bella toros, melius. Vt autem lector intelligas, quàm verſus hi ante Engentini reſtitutionem corrupti fuerint, Ioannis Baptiſtæ Pij verba aſſcribam; idque eo faciam libentiùs, quo Maſerium omnino illi adhærere magis video: multiplex, inquit Pius, his in verſibus mendum eſt;

Diſtulerant ſed bella Cytorus, Phrontis, & Argus
Aeolidæ, faterque Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit, pariterque leui Cotyorus in haſta.

Nam erat ſcribendum,

Diſtulerant ſed bella Cytoria Phrontis & Argus
Aeolidæ, faterque Melas, quos aduena Phryxus
Progennit, parirerque leui Cytiſorus in haſta.

Senſus enim eſt, Styrum regem Albaniæ futurum vt citius adueniat, ſed bella Cytoria, hoc eſt, populorum ita nominatorum, qui accolunt fluuium Cytorum, detinuerunt inuitum, cum quo Styro venerunt Phrōtis, Argus, Melas, & Cytiſorus, quos ex Chalciope filia Aetæ genuit Phryxus, propterea poeta vocat Aeolidas ab Aeolo atauo. Aeoli filius fuit Athamas, Athamantis Phryxus, Phryxi iſti quatuor. hæc verò de Phryxo, eiuſque nepotibus ex interprete Apollonij. Athamas filius Aeoli priorem vxorem Nephelem duxit, ex qua Phryxum, Hellenque ſuſcepit: defuncta Nephele duxit alteram vxorē Ino, quæ inſidiata Nepheles

S 5 pueris,

pueris, perſuaſit indigenarum vxoribus ſata vrerent: at cùm exuſtum ſemen fructus annuos non ſubminiſtraret, miſit Athamas Delphos oraculum ſciſcitaturos. Ino verò perſuaſit legatis referrent, Nepheles filios iugulandos eſſe; perſuaſus igitur Athamas Hellen, & Phryxum aris admouit: ceterum dij eorum miſerti aurei velleris arietem miſerunt, cui Helle malè inhærens, in Helleſpontum à ſe nuncupatum decidit: Phryxus verò Colchos delatus ſacrificauit Phryxio Ioui, hoc eſt, fugę ſoſpitatori: deinde duxit vxorē Chalciopē Aeëtę Schytarū regis filiā, ex qua quatuor genuit, Argū, Cytiſorū, & Phrontiū: hactenus Pius. eá verò lectionē quantumuis ineptam, vt facilè cuiuis apparere poteſt, agnoſcit tamen Hermolaus Barbarus.

quos præcipuo. Omnes vulgati, quos præcipuo Titania tellus Legit honore patres, motíq. ad prælia Regis, Admonet hîc ſocios, nebulamque erumpit Iaſon, Sideris ora ferens noua lux effuſa Cytæis. Vet. cod. Quos præcipuos Titania tellus Legit honore patres, motíq. ad prælia Reges; Admonet hîc ſocios, nebulaq. erūpit Iaſon, Sideris ora ferens, noua lux effulſit Ithçis: cuius poſtremam partem non probo, malo enim legere, noua lux effuſa Cytçis, nam *κύταια*, inquit ſcholiaſtes Apollonij, *πόλις κολχίδος*. Stephanus, *κύτα πόλις κολχική, πατρὶς μηδείας*.

ſub nomine Phœbi. Ita vet. cod. & antiquiores vulgati: putat tamē Sabell. cum Maſerio veriorē eſſe lectionē, ſub lumine Phœbi; fortaſſis alibi ſcriptū inuenerūt, ſub numine Phœbi, ex qua affinitate putarunt legendum, ſub lumine.

Maxima ab hoſte. Vet. cod. Maxima fortè tenens totq. illa cremātia diuos. omnes vulgati, Maxima ab hoſte tenēs tot illachrimantia diuos, quæ ſi vera eſt lectio, erroris origo non erit obſcura; & facilè probari poterit, veteres ſcripſiſſe, illacrymantia.

quam quem Pelyas. Florentinus, & Bononienſis, quāquam Pelyas, ineptè.

qui'que ante ſecuti. Vet. Pariſ. quodque ante ſecuti. vet. codex, quotque ante ſecuti.

Sed me nuda. Sic vet. codex: alij, ſed mea nuda fides. ita etiam videtur legendum apud Tibullum lib. 4.

Te Meſſalla canam, quanquam me cognita virtus.

non

non autem, quanquam mea cognita, vt vulgo legitur.

Bebryciæ ſpernendus. Omnes vulgati, Bebryciæ ſpernendus adi ſeu fraude petiuit; vetus codex Bebryciæ ſpernendus adi ſeu fraude petiui: & ita à poeta ſcriptum eſt.

de iungere dona. Ita omnes vulgati. vet. cod. da iungere dextrã, vtrumque æquè facilem interpretationẽ admittit.

miteſcat habenis. Sic vet. cod. & Argentorat. Maſerius verò cum reliquis vulgatis, miteſcat harenis, malè.

igneſcit opertis. Vet. cod. igneſcit apertis.

haud tali vos tempore. Sic vet. codex. alij, haud alio vos tempore.

iam'que virum. Ita vet. cod. alij, namque virum. Lugd. & Argentorat. cumque virum trahet ipſe Chalybs: nullam lectionem ſatis intelligo.

Inſcius aſtus. Liber manuſcriptus, inſcius acti, quo etiam in exemplari verſus ille,

Ergo nec his noſtris deerat labor improbus actis;
deſideratur: videant doctiores ſitne Valerianus.

Fare tuis. Sic vet. cod. alij, fare auidis.

aut tuta ſuis. Ita vet. cod. ſuis, melius.

via decolor. Ita vet. cod. alij, via diſcolor.

æthera verſat. Sic omnes vulgati. vet. cod. æthera veſtit.

patitur conuiuia. Vet. cod. potitur conniuia; Ter. Adelph. patria potitur cõmoda. Pacuuius Iliona, Vſi onere, credo, ſceptrum patienter poti.

Choaſſen. Vet. cod. Choaſpen. apud Tibullum quoque lib. 4. vel Regia lymplia Dyaſpes: docti quidam legunt, vel Rhegia lympha Choaſpes.

hic ſegnior. Sic Maſerius cum Engentino, quæ vera lectio eſt. vet. Pariſ. hæc genitor. vet. cod. genitor ſic, abſurdiſſimè.

vnctis. Lugd. & Argentorat. vinctis: alij, victis. vet. cod. vnctis, rectè: eſt enim id mollis & enernati animi indiciũ, vt ex multis probari poſſit. ſic poſtea:

Sed nec ſperne virum, & comtis diffide capillis.
quem verſum in omnibus libris hactenus deſideratum in vet. codice meo inueni.

vide lata. Sic non nulli libri. vet. alij, viden alta comãtẽ?

Iaxarten. Lugdunenſ. & Argentorat. Laxarten. vet. cod. Laxaſtẽ.

Laxaſten.conſule ſuper hoc loco Hermolaum Barbarum in Plinium lib.6.cap.21.& 25.

quæcunque manus ſua. Ita vulgati. quæ verba Maſerius nō ſatis commodè interpretari potuit, nec mirum: corruptus enim locus eſt.vet.cod.quæ quemque manus, quæ ſigna, elegantiſſimè.

imber arenæ. Ita vet.cod.alij, imber habenæ.

pulſantem corpora. Sic Lugd.& Argentorat. cum vet.cod. Maſerius autem cum reliquis vulgatis, pulſantem cornua.

Adſpicit Aeæa. Vet.cod.adſpicit Aeethæ, æquè bene.

Num querar? Bononienſis, nam queror. Lugd. & Argentorat.num queror? reliqui, non queror. vet. cod. num querar, optimè.

tantus mihi luctus. Sic omnes vulgati. vet.cod. tacitus mihi luctus & agger, quod non placet.

& ſola. Vetuſt.Pariſ. & ſola colimus ſi gentibus. Maſerius cum Lugd.& ſola colimur ſi gentibus.vet.cod.& ſola colimur frigentibus. Maſerij lectionem germanam poetæ eſſe credo.

Aſt ego cara. Ita omnes vulgati.vet.cod. an ne ego clara, optimè.

nec talia poſcant. Sic liber manuſcriptus. vet.cod. nec talia poſſint.

Non tibi Aloidæ. Vet.cod. non tibi Byſtonidæ. Hanc fabulam vide apud I.Parrhaſium ſuper illo Claudiani:

Cùm gemini fratres, genuit quos aſper Aloeus,
Martem ſubdiderint vinclis.

Fas aliquid nequeat. Ea eſt ſcriptura librorum vulgarium. vet.cod. faſſaque quæ nequeam: deſiſtamne, inquit, & fatebor quicquam eſſe quod facere nequeam?

manet accipite ergo. Sic Lugd.& Argentorat. Maſerius putat legendum, rerum manet exitus ergo. vet.cod. rerum manet, accipite, ordo: atque ita à Valerio ſcriptum fuiſſe aſſero.

Nata iuuet. Vetuſt.Pariſ.& Bononienſ. nata iubet, ex litterarum ſimilitudine mendo nato, vt inferius oſtendemus.

Phlegræas. Ita Lugd.Argentorat.& vet.cod. at vet.Pariſ. Phlegyas qui, alij: Phlegręas qui reddere, planè abſurdè.

LVDO-

LVDOVICI CARRIONIS IN SEXTVM LIBRVM VALERII FLACCI, SCHOLIA.

At vigil iiſdem. Vtrumque Pariſ. cum reliquis vulgatis, at vigil his furijs. vet. cod. at vigil ijſdem ardet furijs.

præſenſque videri. vet. cod. tueri, quod melius huic loco conuenit, vt vt interpretari volueris.

abſtineant alienæ à. Ita vet. cod. alij, abſtineant alienæ ſan guine, malo vt excuſum eſt.

Ideo tantos. Sic omnes vulgati præter Florentinum, qui cum vet. cod. habet, non illos ideo tâti: prius magis placet.

Biſaltæ Regio. Libera, inquit Plinius, gens Biſaltæ, à fluuio Biſalte, ſiue Biſalto Solis, & Terræ filio, vbi lepores du plici iecinore ſunt, vt Theopompus tradit. Ptolomæus in Propontide ponit Biſaltiam item inter Heniochos, quibus origo græca eſt, vt ſcribit Plinius: nam & Biſaltæ ſunt inter Strymonem fluuium, & Edonicum ſinum.

ductorque Colaxes. Lugd. & Argentorat. ductorque Coraxes, malè.

viridemque Maracem. Sic omnes vulgati. vet. Pariſ. & codex vet. Miracen. Maſerius legit, Micaren. Eſt, inquit, Micare lacus Schytiæ. quid autem hîc legi debeat, difficile eſt iudicare, quando nihil alibi quod huc faciat, inuenio.

ſcutis diffuderis. Vet. cod. ſcutis diffunderis, melius.

Datis Achimeniæ. Ita Lugd. & Argentor. vetuſt. Pariſ. Dat is Achimenię. Maſerius, Dathin Achimenię, vt & vet. cod. rectè.

in arma Daraps. Vet. cod. in arma Claraps; idque, vt oſten ſum eſt, ex litterarum affinitate, quod ſæpius indicare non decreui: nam breuitati ſtudens omnia hæc tranſeo, atque adeò nihil fere poſthac præter lectiones variantes attingã.

Rodalo cum fratre Sydon. Vet. cod. non Radalo cum fratre Fidon.

Iaceſinaque leno. Ita vet. cod. alij, Aceſinaque leno.

cum gente Syenem. Sic omnes vulgati. vet. cod. cum gente Sirenem.

Arboris ad ſummum. Deeſt hic verſus in lib. manuſcripto: ſed

ſed cùm omnes editiones eum agnoſcant, rectè Valeria-nus eſſe videtur.

Coeialeæ. Sic omnes libri vulgati, notantur, inquit Maſerius, Aorſi Hamaxobij, Siracij, & Georgi, quorum Plinius lib. 4. & Strabo 11. meminere. Hermolaus cenſet hic legendum, Coralii, à quo non ita multum diſſentit vet. codex, legens, Coraletæ, quæ vera eſt lectio.

ſub vellere. Lug. ſub vulnere, malè.

Ambenus. Maſerius cum Lugd. & Argentorat. Embolus. Quintianus Stoa, Ambenus, vt vetuſt. Pariſ. & liber manuſcriptus habet.

Degeneres'que ruunt Sindi. Ammianus ſcribit Peninſulam eſſe, quam Sindi incolunt ignobiles propter heriles in Aſia caſus, coniugijs potiti dominorum, & rebus.

Hos ſuper erectam. Vet. cod. hos ſuper æratam.

Aea Baternas. Hermolaus in Plinium lib. 4. cap. 12. pro Iagyges & Abſternæ ſcribēdum, inquit, Iazyges & Baſternæ, vt conſtat ex Strabone & Ptolomæo, dicuntur & Baſternæ Dionyſio. Verſus in Ouid. corrigēdus eſt de triſtib.

Láziges & Colchi, Metereaque turba, Getæque.

& legendū eſt, Iazyges. Flaccus quoque poſt Corallos ſtatim ſubiūgit, Baſternas Baternas appellādo: ita enim canit,

Illinc iuratos in ſe trahit Aea Baternas. Vet. cod.

Illinc iuratos ſecum trahit Exabatarnas.

Hiberni qui terga Noæ. Ita vet. Pariſ. & Maſerius: Lugd. verò, & Argētor. Hiberni qui terga Nonę. vet. cod. Hiberni qui terga Noræ. ſunt etiam qui conijciant legendum, Tybarni qui terga nouem, vt Quintianus Stoa. cuius ſententiam hic reijcio.

quoſque Tyras. Ita Lugd. & Argentorat. vetuſt. Pariſ. quoſque Taras. vet. cod. quoſque Tarax.

Drangæa phalanx. vet. cod. Drancæa Phalanx, cuius cauſam ſuperius ſæpe attuli.

vel ſuperas. Vulgati, ſuperas Hecaten comitatus in aulas. vet. cod. ſuperas Hecates comitatus ad aulas.

Varus. Ita liber calamo exaratus: alij omnes, Vanius.

viderat æſtas. Vet. cod. viderat ætas.

longæua noualia. Sic cod. manuſcriptus Lugd. & Argent. Lagi noualia: alij, Lagæ noualia, malè.

Quas

Quas Otaces.Lugd.& Argent.Quas Sotaces,quas Latris agunt.vet.cod.Quas Otaces, quas Latris,&c.

notoſque refutat.Vet.Pariſ.notuſque refutat Argus.Lugd. & Argent. notuſque refutat Arcus. Maſer. notuſque refutat Augor,quam ſcripturam recipiendam eſſe coniecit Sabell.& eam multis aſſerere conatur Maſer. addens conſiderandum eſſe legi'ne debeat, motuſque refutat. vet.cod. notoſque refutat Arcus, optimè.

Hic & odoratus. Vulgati,Hic & odoratus ſpiranti crine Michaël.apud Valerium,inquit Niniuita, Michaël nomē eſt vnius Caſpiadarum, qui dicuntur Iudæi, atque ex hoc loco Eraſmum,Phileſphum,& alios pleroſque conſtanter affirmat erraſſe,alios per ſynerςſim excuſat. Sabell.autem putat legendum,ſpiranti crine Metletæ.vet. cod. odorato ſpirantes crine Micelæ, quam ſcripturam etſi nihil inueniam quod eam adiuuet, vt concinniorem tamen repræſentandam curaui.

doctus & Anchares.vet. cod. doctus & Auchares.

vincula gyro. Sic vet.cod. omnes verò vulgati, vincula Cyro,ineptè.

Cùm iuga.Ita liber manuſcriptus. alij, cùm vada, quod malo.

Emoda ſuas.Niniuita ait Emodam apud Valerium pro vrbe poni.Diodorus lib.3.Emodam montem eſſe dixit Sacas ab India diſterminantem. Ptolomæus, Strabo, & Plinius Emodos montes recenſent. vet. cod.Eumeda.

Iaxamatas.Vet.cod.Exomatas. Hermolaus lib.6.cap.7. pro,Sarmatæ, inquit, ſcribendum eſt Iaxamatæ: Ptolom. auctor eſt.Item Mela, oſtio fluminis proximi Iaxamatæ. Stephanus ponit populum iuxta Mǫotin Iaxamatas,quos Ephorus Sauromatas appellat. Vopiſcus vita Cæſarum,Exomatas pro Iaxamatas vocauit,librariorum culpa, ſicut & in Valerio ſcribendum eſt, Iaxamatas, de quibus Ammianus lib.4.dicit: gentes ſermonum,inſtitutorumq́ue varietate diſpares eſſe Iaxamatas, & Mæotas. hæc Hermol. & eum ſecutus Maſerius, negantes interea in veteribus libris aliter quàm Exomatas legi, quam ego ſcripturam vt antiquam retineo.

Choaſtes. Alij, Cohaſtes, vt quidam ſcribunt, inchoo. alij

alij, incoho: prius tamē malo cū Feſto, Mauro, & Scauro.

Meſus. Vet. cod. Moeſus. vet. Pariſ. Noeſus, quæ ſcriptura cum locis iam nominatis non malè congruit.

Sarmata cōti. Sic vet. cod. & omnes vulgati: Sabellicus tamen conijcit legendū, Sarmata cāthi, id eſt, inquit, currus.

Aut is apud. Vet. Pariſ. cum omnibus vulgatis, auctus apud fluuios volucrum ſonus æthera, quātus: vet. cod. aut is apud fluuios volucrum quatit æthera clamor, vnde legendum conieci, vt excuſum eſt.

Tunc lituum. Lugd. & Argentorat. tunc lituum concentus adit. vet. Pariſ. cum Maſerio, tunc lituum cōceptus adit. vet. cod. tunc lituum concentus agit, optimè.

Typhœa reuerberat. Ita Lugd. & Argentorat. quam lectionem falſam eſſe oſtendit Maſerius legens, Typhona reuerberat. vet. cod. Typhoea verberat.

Thorax egerit. Sabellicus legit, torrens erigit. omnes vulgati, thorax erigit. vet. cod. thorax egerit, optimè.

Caſpius Aeæum. Vet. cod. cum Lugd. Caſpius Aethæum.

prædamque relinquit. Sic vet. cod. alij, prædamque relinqui, malè.

cadit ipſe. Omnes vulgati, cadit is Chremedonidis. Sabellicus alibi reperit, cadit ipſe Medonidis. vet. cod. cadit ipſe Chremedonis, æquè bene.

Iamque latet. Verſus hi duo in libro manu exarato deſiderantur: Valeriani tamen ſunt, quanquam eoſdem Mycillus Statio lib. 7. Thebaid. tribuit; an verò ille exemplar habuerit, in quo eos inuenerit, neſcio: certè nec Aldi, nec reliquæ editiones ibi eos verſus conſtituunt, quin liber Bononienſis, Aldinus, & vterque Pariſienſis hoc loco legunt.

debeat Oebreus. Sic vet. cod. alij, Ocheus.

ſubito iacit. Ita omnes vulgati. vet. cod. grauiter iacit.

viſuque Medontes. Vet. cod. viſuque Medores.

Actai ſed eum. Lugd. & Argentorat. Aeæti, ſed eum prior haſta parentis. Sabellicus legit. Aeetæ ſed eum. Maſerius, Aeæti ſed eum prior haſta Darentis. vet. cod. Actæi ſed eū prior haſta Phaleri, multo melius.

candentis carbaſa. Bononienſis, candentis carbaſa villi. vetuſt. Pariſ. cum omnibus vulgatis, candentis carbaſa Nili. vet. cod. ſplendentis carbaſa lini, bene.

Pictoque

pictoq; iuuant ſubtemine. Admirabilis eſt librorũ manuſcr. non quidem mediæ ætatis, ſed vetuſtiorum in ſcribẽdi ratione cõſenſio. nam cùm D. Lambinus homo in veteribus teſtituendis mirè induſtrius, apud Horat. Vnde tibi reditũ certo ſubtemine Parcę; meminiſſet in omnibus codicibus legi, ſubtemine, ita quoque & in meo hoc vet. cod. & in 2. calamo exaratis verſum illum Papinij lib. 7. Et rubet imbellis Tyrio ſubtemine thorax. ſcriptũ inueni. quid? quod Cariſius Soſipater lib. 1. Inſtit. grammat. idẽ annotat. vt ex eo Pierius in tertium Aeneid. obſeruauit. Sed & Varro lib. de lingua latina 4. de generibus veſtium loquens non aliter quàm ſubtemen ſcribit: ipſum autem Varronis locum corruptum eſſe, cùm mihi iam pridem Theod. Pulmanus vir propter antiquitatis cognitionem, & ſtudium ſummè mihi carus indicarit, videamus an emendari poſſit. Varro itaq. ex editione Bertranij Mauri ſic habet, Stamen à ſtando, quòd eo ſtat omne in tela velamentũ; ſubtemen, quod ſubit ſtamini. Trama, quòd trameat filum, genus veſtimẽti denſum: denſum à dentibus pectinis, quibus feritur. At Antonij hæc eſt lectio: ſubtemen, quod ſubit ſtamini: trama quod tranat frigus, id genus veſtimenti denſum à dentibus, &c. Quid ſi ita legamus? Subtemen quod ſubit ſtamini: trama, quod trameat filum, genus veſtimenti, denſum: à dentibus pectinis, quibus feritur. hanc autem emendationem adiuuare videtur Seruius in Virg. lib. 3. Aeneid. vbi auri ſubtemine, id eſt, inquit, filo quod intra ſtamen currit; quod Perſius Sat. 6. tramã dixit, ——Mihi trama figuræ Sit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter. Nam malè quidam ſubtemen, ſtamen accipiunt, cùm ſtamen de auro eſſe non poſſit. hæc ille. Quod autẽ ad dẽſum attinet, niſi lectio deprauata ſit, neſcio an illud fuerit veſtimẽti genus, vnde Cic. forraſſis leuidenſa dixit, quod & Pulmanno videtur. quin & ſubtemen, non ſubtegmen, temen, non tegmen antiquos ſcripſiſſe, teſtes ſunt Florentinę Pandectæ in l. 70. in principio, & § vlt. tit. de legatis, lib. 3. l. 22. in fine. tit. De auro, argento.

proturbans ingerit. Sic vet. cod. alij, profundens ingerit.

tegmen auis. Omnes vulgati, id quoque tegmen auis, & equi porrecta per armos. vet. cod. id quoque tegmen equis agitur porrecta per arma.

Vadit equum. Ita vet.cod.alij, vadit equi.

teneræ liquuntur. Sic Maſerius: at Lugd. & Argent.teneræ linquuntur. vet.cod.teneræ liquuntur.

Onchea conto. Ita vet.cod. alij, Ochea.

deducat ab. Vet.cod. deducat ab arbore rami. vulgati, deducat ab aere rami.

Ante manu. Sabell.legit, Arte manu tacita cui plurima creuit harundo; alij, vt excuſum eſt.

nam fors adiunxit. Ita oẽs vulgati.vet.co. nã fors ita iũxit.

En ait. Sic vet.cod.alij, Non ait.

corripit horror. Vet.cod. corripit error.

magnoq; doloris. Lugd.& Argẽt.acies auget, magnoſq́.dolores. vet.c.acies auget magnoq́. doloris Turbine, melius.

aut claris occumbite. Lugd.& Argent.aut claris occũbite factis.vet. cod. caris occũbite natis, quã lectionẽ Maſer.laudat, Natis, inquit, quibus pulcro eritis exemplo, ſi inſigni morte ante ſenium cadatis. Ego verò aut natis, aut factis occumbere, latinum eſſe non puto; legendum itaque conieci, claris occumbite fatis, & meam coniecturam inueni à vetuſto Pariſienſi comprobari.

paruique etiam. Vet.cod. paruique viam.

non vſquam videt. Vulgati omnes, non vſquam videt, atq. iterum intrat in ęquor. quam poſtremã verſus partem multis verborum circuitionibus Maſerius interpretatur, pleriſque de veterum in augurio religione allatis.vet. codex, quem quærit nuſquam videt, atque iterum intrat, &c.

Opprimit admiſſis. Ita vet.cod.alij, opprimit amiſſis, ineptè, vt & quod ſequitur, genitor inquit. vet. cod. inquit genitor, multo melius.

hæc ſaxa relinquãt. Vulgati, hęc ſaxa relinquã Martis agros vbi tã ſæui durauimus amne. vet.cod.hæc ſaxa relinquant Martis agro ſubitã ſęui, &c.in altera earũ lectionũ facilis error eſt: ita enim veteres ſcribebãt, Martiſagroſ vbi tam.

Ipſius Aeoliæ. Ita vet.cod. longè melius, quàm aut Maſer. Ipſius Euboeæ: aut omnes vulgati, Ipſius Euboiæ.

qui frangere oliuo. Vet.cod.frangit oliuo, vt etiam quidam impreſſi. Iſtud autẽ Poeta mutuatus eſt ab Homero ιλ. ρ.

arietat. Lugd.& Argentorat.arietat canthum. vet. cod.cũ Pariſ.vetuſt. arietat &, melius; eſt enim proceleumaticus, vt, labat ariete crebro Ianua Virg.2.Aeneid.

bel-

bellabimus. Ita vet.cod.& non nulli recentiores.alij, bellauimus,malè.

ductantem cornua. Vet. cod.ducentem cornua.

Inque labantis equi. Lugd.& Argent. inq; labantis equi tendentem frena Cenhippen. quã lectionem verã non eſſe credit Mycillus:quid tamen dici debeat,non oſtendit. vtrũq; Pariſ. Inq;,labantis equi tendentẽ frena Nehippen. de quo Maſer.ꝓ Enhippẽ inquit,legatur Nehippẽ ſi quis velit per tinaciter defendere cõtra cod. Bonon qui non admittat h. Enhippẽ primã protrahat, ſpondaicũ faciens verſum.vet. cod.Illabẽtis equi tendentẽ frena & Henippẽ,quod malo.

nutuque cadens. Vet. cod. nutuque carens.

rapturus ab agmine. Lugd.& Argent.rapturus ab inguine.

Illinc artus. Artus inquit Sabellicus pro arcus,& tenduntur pro cædũtur, recte, ſed eam ſcripturã nuſquã inuenio.

neq; tela cauere. Hos verſus è qbus Maſer.ſe expedire nõ potuit,tacit⁹ prætetit.oẽs vulgati,neq; peſte reuictos tela ſed implicitos miſeraq; in peſte reuictos.vet.cod.neq; cura cauere tela,ſed implicitos miſeraq; in peſte reuictos,optime.

constrictos excipit. Sic omnes vulgati.vet.cod.cum Maſerio,conſtrictos accipit.

Ac ſæuas aperit. Vet. cod. ſeras aperit. ſequenti vero verſu Increpat & ſeris.vet.cod.Increpat & ſæuis,bene.

inter regia. Vet.cod.inter egentia,prius malo.

Illius adflatus. Vet.cod.illius ad fremitus.

alligat ignis. Cod.Bonon.& Venet. aligat ingens. manuſcriptus,alligat igni Cuncta ſopor,melius.

medio quam ſiſtet. Sic Maſerius .Lugd.& Argent. medio quæ ſtaret.vet.cod.neque quæ medio ſtet,optime.

Atque prior. Vet.cod.ac prior hanc,elegantius.

dedit ecce decus. Vet. cod.dedit acre decus.

alienaq; cura. Vet.cod.alieni cura,& ſic legi debet.

ignaua ſedes. Vet. cod.ignara ſedes,vtrũq; admitti poteſt.

Non inuiſſa. Sic Maſerius & vet.cod.Lugd.verò & Argẽt. Non inuiſa.

luſtramine verſant. Sic Maſerius.vet.cod.miſero luctamine,vt & omnes vulgati.

Dic age tu veri. Vet.cod.dic age tuque feri.

ſpirantis acerui. Male quidam legunt, ſpirantia cerui,vt Argentor.Chlamys ardet,pro arcet.

Hiſpidus. Vulgati male habent, hipſidus.

non paſcua. Diuerſiſſime verſus hic in omnibus legitur & interpungitur. Lugd. & Argent. non paſcua nec bos Hic tibi nocturnis mitte hæc ſimulachra rapinis. vtrunque verò Pariſ. non paſcua nec bos, Hic tibi nocturnis mitte hæc ſimulachraque Panis. vet. cod. non paſcua nec ſpes Hic tibi nocturnis mitte hæc ſimulachra rapinis.

Et laxis. Vet cod. & lapſis.

modo læta Cyteis. Omnes vulgati, modo læta citatis. vet. cod. & Maſerius, modo læta Cytęis, multo melius, vt oſtendit Sabellicus, cui refragantur Florent. & Bonon. libri.

porrigit ictu. Ita vet. cod. alij, porrigit aruo.

Et Zachorum & Phal. Vtrumque Pariſienſ. cum Lugd. & Argent. & Zacorum & Palcen, peditem pedes haurit Amaſtrum: alij Amaſtim. vet. cod. vt excuſum eſt.

caſſa frendens. Vet. cod. caſſa ridens.

Læta boum. Ita Lugd. & Argentor. vet. cod. læta hominũ.

Eurytus Exhomatas. Maſerius vt ſibi cõſtet, putat legendũ eſſe, Axamatas pro Iaxmatas prima litera detracta, ego conſtanter in vulgatis & veteribus libris & hic & ſuperius inuenio Exhomatas, & ita planè legendum cenſeo.

primis ereptus. Vet. cod. breuibus prædreptus.

At Latagum. Omnes Vulgati Ablatacum Zelemque Daraps, illum exigit haſta Hũc fugat, ingenti ſubiti tum ſanguinis vnda Vidit. vet. cod. At Latagũ. &c. vt imprimẽdum curaui, Bonon. liber hunc fugit, quam lectionem irridet Maſerius, ipſe potius irridendus, cùm legat, hunc figit: nulla carminis ratione habita. meminit cuiuſdã Latagi à Mezentio interfecti Virgilius Aeneid. lib. 10.

quod funderet arma. Omnes vulgati, quod fuderat arma, Orantesque viros quam denſis ſiſteret armis. de quo Maſerius: magna, ait, Iaſonis laus eſt, qui orantibus vitam concedebat viciſſe contentus. vet. cod. quot funderet arma Orantesque viros quã denſis ſterneret haſtis, melius & elegãtius.

nec ſanguine quiſquam. Vet. cod. nec ſanguinis vſquam.

Impulit. Oẽs vulgati, Intulit atq; nouas egit ſub pectore vires. vet. cod. impulit atque nouas egit ſub pectora vires.

A Ioue. Vet. cod. ab Ioue, ſic Virgilius Aeneid.

——Et mî genus ab Ioue ſummo. Et in Bucolicis.

Ab Ioue principium Muſæ, Iouis omnia plena. Et Calpurnius Ecloga. 4. Ab Ioue principium ſi quis canat ae-

thera,ſumat: & alibi ſæpe.

vndantem cornibus. Vet.cod.ſudantem crinibus.

Colaxes. Sic vet.cod.& Maſerius,alij oẽs Coraxes,male.

Nunc Arinen. Vet.cod. Nũc Arinen Olbumq́; necat iam ſaucius Apren,Et deſertus equo Tydrum pedes excidit haſta:omnes vulgati,Nunc Arinem Nolbumq́; notat,i.ſ.A. & d. e.T.pedes excipit haſta.

ſaturare canes. Lud.& Argent. ſaturare canes Schytiæq́; volucres Heu miſeri veniſtis ait. vet.cod. Vos Schytiæ ſaturare canes, Schytiæq́; volucres Huc miſeri veniſtis ait, optimè.Sic Virgilius:

Nõ nos aut ferro Schyticos populare penates Venimus.

Quem loquendi modum Laurentius Valla non reciperet.

Flexit at. Vulgati, Flexit ad ignotum caput infletũq́; Moreſi; Maſerius per infletũ ignobile accipit.vet. cod.Flexit in admoti caput in fatumque Moneſi.

cadentis acerbat. Sic vet. cod. & omnes typo excuſi: at Maſerius,cadentis aceruat,minus bene,vitij origine ex literarum cognatione ducta.veteres enim promiſcuè & indifferenter, V. & B. vtebantur, ſic in epiſtolis Plinij male Celſus Iubentius pro Iuuentius nominatur: & apud Ciceronem de ſenectute,hoſpes tuus habitus Maſiniſſa, pro,hoſpes tuus auitus Maſiniſſa, & oratio Ciceronis pro Cluentio habito inſcribitur.cũ vocari debeat pro Cluẽtio Auito, multiſque aliis in locis,vt eleganter docuit Iacobus Cuiatius acutiſsimus interpres, quibus illud Varronis addatur ex ſatyra inſcripta Eſt modus matulæ, περὶ μέθης:

* Cui nihil iucundius quiſquam viuit. pro, Vino nihil iucundius quiſquam bibit.

miſeræ cenſere. Sic vet. cod.alij,curuæ ſenſere.

Lexanoris horruit. Ita vet.cod.& Maſerius.alij,Laxanoris.

Patrium ceruice. Maſerius & pleríque vulgati eo modo quo Virg. ſacrum haram dixit. vet. cod. patriam ceruice, vt apud Iuuenalem,

——Phrygia veſtitur bucca tiara.

Tygris agit. Ita vet.cod.alij,ſaucia tigris hiat.

Iam videt &c. Sic liber calamo exaratus.alij,iam quæ det, prius malo.

Nigraq́; euulſam extẽdit. Ita Lugd.& Argent.Bono.vero magnaq́; euulſam extendit.vet.cod.nigraq́; euulſam tendit.

fuga fœda ducum. Lugd. & Argent. fuga fœda ducum laſgaſque cadentum. vet.cod. fuga torua Ducum larguſque cadentum.

Quid fratris meritas. Lugd. & Argent. Quid fratris ſçui tūc Iupiter omnia. Bonon. ſæui tunc Iupiter omine. Maſerius, ſæui tunc Iupiter omina. hæc cum ſub prælo eſſent, incidi in nouas lectiones hominis & græce & latine inſigniter docti Guilelmi Canteri, vbi hunc locum ita ab eo emendatum reperi; apud Valerium Flaccum, inquit, legendum, ſæui tunc Iupiter omina, non autem omnia.

fallere Achiuos. Vulgati omnes, quo fallere Achiuos Quiſque velit quoq; hunc. vet.cod. quo fallat Achiuos. Sic meritos quoque & hunc.

ſocias dementi. Vulgati, ſocias dementi turbine gentes Erigitur paullum leui. vet. cod. ſocias clementi turbine gentes Erigitur paullumque leui, melius.

Serus Iber. Vulgati, ſerus Iber vbi Syndoniæque phalanges. vet. cod. ſerus Iber Eſſedoniæque phalanges. videat lector vtrā lectionem præferat, de Eſſedonibus multa narrat Solinus cap. 62. & 27. inter cetera autem, Eſſedonum (inquit) mos eſt parentum funera cantibus proſequi, & proximorum corrogatis cœtibus cadauera ipſa dentibus laniare, pecudumque carnibus mixta dapes facere, capitū etiam oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium. de hac autem conſuetudine intelligendi ſunt Tibulliani verſus lib. 2. tametſi corrupti;

> Nec quæ regna vago Tomyris finiuit Araxe,
> Impia nec ſæuis celebrans conuiuia menſis;
> Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus.

Medius enim ita legendus videtur.

Nec pia qui ſçuis celebrans conuiuia menſis &c.

Ait.n. eos impie pios, ſed hęc in trāſcurſu: ad Eſſedones reuertimur. illos deſcribit Mela lib. 2. cap. 1. Plin. 12. ca. lib. 4.

Marte carent. Vet. cod. & Bononienſis, Marte calent, male, ſequitur enim, ſoliſque iuuant clamoribus agmen.

profert mortalibus. Exemplar Lugd. profert optabilis.

Vt fera Nyctelij. Lugd. & Argentor. vt fera Nyctelij paullum per ſacra reſiſtunt, Mox rapuere deûm iam iam quodcunque paratæ. Maſerius & vetuſt. Pariſ. vt fera Nyctelius paulum per. &c. vet. cod. vt fera Nyctelij paulliſper ſacra reſiſtunt

reſiſtũt Mox rapuere deûm iam iam quocunque paratæ, quæ vera eſt lectio, nec omnino prior diſplicet. Maſerij autem prorſus eſt abſurda.

LVDOVICI CARRIONIS IN SEPTIMVM LIBRVM VALERII FLACCI, SCHOLIA.

Ergò vbi cunctatis. Sic vet. cod. at vulgati, ergo vbi contactis. Lucanus lib. 2. Pharſaliæ;

Turritaque premens frontem matrona corona
Tranſlatæ vitat contingere limina plantæ.

Si quis omnino contendet legendum, cunctatis, dicet vitij id irrepſiſſe ex eorum opinione, qui contatis auctore Verrio, quem Feſtus refutat, quàm cũctatis ſcribere malũt; atque ita vnius litteræ c additionem facilem eſſe: mali autem apud veteres ominis indicium erat, ſi pes in limen impingeret, idque cum omnibus, vt abunde ex Poëtis probari poteſt, tum potiſſimum nouis nuptis, atque hinc eſt quod apud Plautum his verbis mouetur noua nupta.

Senſi n ſuper attolle limen pedes noua nupta
Soſpes iter incipe hoc, vt viro tuo ſemper ſis ſuperſtes.

Cauſam allegat Seruius in 8. Virg. Ecloga, ex Varrone, ne ſcilicet à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ virginitatem calcarẽt rem Veſtæ conſecratã, Iſidorus extremo lib. 9. etymolog. tradit id vetitum, quia illic ianuę & coeunt & ſeparantur.

Nec pereat. Omnes vulgati, Nec poterat quo ſcire malo. vet. cod. Nec pereat quo ſcire modo. vetuſt. Pariſ. Nec poterat quo ſcire modo.

Iam iactata toro. Vet. cod. Tum iactata toro tumque expectata cubili. non nulli recentiores, Iam iactata toro nimiumque experta cubile.

leuis erigit. Ita vet. cod. Bonon. verò, Florent. & Pariſ. anguẽtes erepit imber, quam ſcripturã multis probat Maſerius, atqui mihi eius commentum non placet. quidam legunt, ereperit imber, ſed prima lectio optima eſt.

clareſceret aſpera. Sic omnes & vulgati & ſcripti habent præter vnicum vetuſt. Pariſ. qui legit, clareſcant atria, cuius fidei per me derogatum nolo.

iam iam vultus. Sic vetuſt. Pariſ. cum omnibus vulgatis, vet.cod.nam iam vultus voceſque parantem.

ſic ſpreuerit. Vet.cod.vt ſpreuerit.

ſpolium vt viuo. Vet.Pariſ ſpolium vt Iuno.

Ipſum offerre. Lugd.& Argent.Ipſum efferre meos atque ipſum pandere lucos.vetuſt.Pariſ.Ipſum efferre meos, ipſum me pandere lucos.ita & vet. cod. niſi quod pro efferre, legat offerre.

Ac prior. Bonon.liber, Ac prior Aemonias rapuit ſuper æquora prædas, Aut ego recentiores, Ac prior Aemonias raptet ſuper ęquora prædas Haud ego. Maſerius, Ac prior Aęmonias raptet ſuper ęquora prędas, Haud ego, vet.cod. Ac prior Hæmonias repetet ſuper æquora prædas Aut ego.

Cum victis. Male habet Lugd.victis.

ſtupet Ioniuſq;. Maſerius, nantes ſtupet Ionio alto Qui te iam Lylibææ tuens. Lug. & Argent. ſtupet magis Ionus alto. vet. cod. ſtupet Ioniuſq; magiſter, Qui portus Tiberine tuos.

præceps ſubito. Ita omnes vulgati præter Bonon. qui habet, pręceps ſubit omnis quam oſtia. vet.cod. præceps ſubiit, nuſquam oſtia, nuſquam &c.

Quærit vt Aeeis. Vet.cod. Aethæis.

Explerique nequit. Vet.cod.implerique nequit.

ſeſe ſemel. Sic vet.cod.alij, ſeſe ſimul.

caroſque penates. Vet.cod.caroſque parentes.

Matris Oreſtes. Mania, inquit, Maſerius, regio eſt circa Eumenidum tẽplum quod eſt inter Megalo polim, & Meſſeniam, vbi Oreſtes occiſa matre, inſania corruptus eſt, & iuxta eam dicitur alterius manus digitum exediſſe, vnde nomen tumulus traxit, ego poſtremam illam partẽ fabuloſam eſſe arbitror, frigidũ enim commentum eſt: quin potius à Mania (quid ſit ex Cicerone cuius verba aſſeribam, ſatis conſtare poteſt) illi loco nomen inditum crediderim. Cicero Tuſcul. lib. 4. Græci Manian vnde appellent non facile dixerim; eam tamen diſtinguimus melius, quam illi: hanc enim inſaniam quæ iuncta ſtultitiæ latius patet, à furore diſiungimus, Græci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo, quem nos furorem, Melancholiam illi vocant, quaſi vero atra bile ſolum mens ac non ſæpe vel iracũdia grauiore, vel timore vel dolore moueatur, quo ge

nere

nere Athamantem, Alcineonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus. reliqua quæ ſequuntur elegantiſsima ſunt.

Ardor hebet. Male vetuſt. Pariſ. ardor habet.

totum mecum. Ita vet. cod. alij, tantum mecum.

decepta reliquit. Sic oẽs vulgati. vet. cod. furiata reliquit.

quin illa ſucro. Vet. cod. queis illa ſacris, quo freta veneno.

quod cingula. Vet. cod. ſed cingula.

ſed me. Omnes vulgati, ſed me ipſum opus & cunctant vet. cod. ſed me ipſa opus eſt, cunct.

Tu face letifere. Sic vet. cod. alij, tu face luciferæ. forte ad Dianam Tauricam reſpicit.

Impediat. Vetuſt. Pariſ. vt mea forte Impediat nec me ætati: Sabellicus & Maſerius legunt, nec me Aeætis. Lugd. & Argentor. cum recentioribus, impediat, nec enim eſt tanti quod ſcripturæ adulterium, ſuum auctorem Engentinum prodit. vet. cod. habet vt excudendum curaui.

trãſibit amor. Maſerius ad Iaſonem, inquit, tranſibit. imo de Hecate intelligendum eſt.

Amplexũq; pati. Ita libri editi, vet. cod. amplexúque peti.

Feſtinanſq; Vet. cod. feſtinamque

dure cogar. Vet. co. dirę cogar comes eſſe ſorori. Et nũc ille ſua, vulgati, durę cogar comes ire ſorori. & nũc ille ſui male

haſerit aruis. Vet. cod. hæſerit oris.

Sic vt erat mutata deam. Synecdochen dicit Maſerius eſſe, cod. vet. aliter diſtinguit, Sic vt erat mutata, deã mẽtitaq;.

Qua redit itq;. Bono. qua redeũtq; dies, vetuſt. Pariſ. qua re diitq; dies, manuſcriptus & recẽtiores, qua redit itq;: bene.

Dijs nata. Bonon. ornata malignus, Sabellicus & libri recentiores, ô nata malignis, vet. cod. diis nata malignis.

quoniam potes. Sic vet. cod. alij, quando potes.

queque aſpera mater. Ita vet. cod. alij, aſpera ſemper.

Ardua amanti. Bono. ardua menti. Maſerius legit, arida mens eſt, quam lectionem omnes libri vulgati ſeruant vet. cod. ardua amanti.

da prendere veſtes. Maſerius cum Sabellico, Redde diem & noctem mihi, da me adprẽdere veſtes. vet. cod. cũ Lugd. & Argent. Redde diem noctẽque mihi da prendere veſtes. vetuſt. Pariſ. Redde diem noctemque mihi da adprendere veſtes. cauſam mendi facile eſt indicare, ſuſpicor enim cũ ita ſcriptum eſſet, da adprendere, in margine aliquẽ adno-

taſſe, deme ad, quod gloſſema poſtea in verſum irrepſit.

Iugulata procorum. Ita legit Sabellicus. vet. verò cod. & vetuſt. Pariſ. vulgata procorum.

Attamen. vet. cod. vt tamen.

Dignior eſt. Maximũ negotiũ multis carmẽ iſtud exhibuit, de quo Bap. Pius, Propertij, inquit, interpretẽ nunquã erit quin laudandũ cẽſeamus, ob abſtruſa loca aperta & nodos inenodabiles enodatos; in ea tamẽ Eleg. quę incipit, Quicuq; ille fuit, eſt verſiculus, Si puer es, alio traijce tela tua. Vbi hortatur ad alteri⁹ cor oppugnandũ, præſertim cũ pueri lis cõſtantia tenorem vnimodum tenere nõ ſoleat, rectã fuit hæc interpretatio, nouã tamen hic idem vir. doctiſs. in quodam cõmentario in Ciceronem affert, ſic corrigens;

Si puer eſt, alio traijce tela tua. prætendens, es, ſemper corripi, cũ vt prius bene ſenſerat, hæc ſyllaba cõmunis ſit, qui producunt faciunt regulariter, qui corripiũt Poeticam licentiã ſequuntur. nam & Flaccus habet, digniores. non deſunt tamen qui apud Propertium legãt, ſi pudor eſt. hæc ille. Niniũira apud Valerium legit;

Dignior es, iam fama meis eſt parta venenis.

Maſerius ad cæſuram tanquam ad ſacram anchoram confugit, cũ eo ſentiunt Stoa et Egnatius: ego vero, es, ſemper corripi affirmo. nam apud Propert. ita lego;

Si pudor eſt, alio traijce tela tua. Cùm enim dixiſſet:
An tibi iucũdum eſt ſiccis habitare medullis: ſubiungit:
Si pudor eſt, te nimirum ſiccis habitare medullis, alio traijce tela tua.

Apud Valerium autem hoc in loco vet. cod. habet, tu ſupplice digno Dignior; eſt & fama meis iam parta venenis.

infelix obruit. Ita omnes vulgati. vet. cod. infelix obſtruit.

Diras. euadere. Vet. cod. duras. euadere.

Portu exſpectat. Male habet Bonon. potius exſpectat, vt & vetuſt. Pariſ. pro externo ſe prodere, extremo ſe prodere.

Proclamat neque. Quattuor hic verſus tranſpoſiti ſunt qui ordinem verborum & ſenſum perturbant, ſic enim in vulgatis leguntur,

Proclamat neque opem ignoto vireſque daturam
Ac neque tam turpi ceſſuram ſemper amori,
Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artes
Denegat, atque vna potius diſcernit in ira.

Aliter

Aliter ſanè in libro manuſcripto multòque emendatius, & quemadmodū à Poeta ſcriptos fuiſſe nō dubito, nā in aliis commodum ſenſum velle inquirere, eſt cum ratione inſanire. ſic ergo legēdi ſunt: Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artes, Denegat, atque vna potius decernit in ira Se neque tam turpi ceſſuram ſemper amori Proclamat, neq. opem ignoto, vireſque daturam.

qui nunc eſt. Vulgati, qui nunc eſt crudelis. vet. codex, qui nunc eſt primæuus.

Tunc poteras. Bonon. tunc paterq. atque iſtis. Lugd. & Argent. tūc poteras iſtis iuuenē tūc perdere mōſtris. vet. cod. & Maſer. tunc poteraſq. iſtis iuuenē non perdere mōſtris.

Caucaſeum. Vulgati, Caucaſeum tonitru nutritaq. gramina ponit. vet. cod. Caucaſeum promit nutritaq. gramina ponit, non ita placet.

mente dolor. Vet. cod. monte dolor.

Dat dextram. Verſus hic in omnib⁹ corruptus eſt: legitur enim ; blandeq. pauens vocē Venus vt quam. vet. cod. Dat dextram vocemque Venus, blandiſque parentē Alloquijs.

Hortaturq́. ſequi. Vet. c. Hortaturq́. ſuis breuibuſq. inſurgere pennis. alij omnes, hortaturque ſequi breuibuſque inſurgere pinnis.

Iamque redire rogant. Vet. cod. iamque redire volunt.

Haud aliter certe. Vet. cod. haud alia Aeææ per mœnia.

Iamque tremens. Vulgati, Iamque tremens longè ſequitur Venus atque ſub altas. vet. cod. Ipſa tremens longè ſequitur Venus vtque ſub altas, multo melius.

expendere pœnas. Vet. cod. pendere pœnas. ſic lib. 1. iam pendere pœnas Colchida.

nō iacet. Vulgati, iā iacet extrema quòd nūc mihi cuſpide cāth⁹. vet. c. An iacet externa quod nūc mihi cuſpide cāth⁹

O vbi Iuno. Vet. cod. en vbi Iuno.

ſi tamen. Vulgati, ſi tamen aut ſuperis aliquā ſpē ponis in ipſis. vet. ſi tamen aut ſumtis aliquā ſpem ponis in armis.

quantum hinc aberis. Vet. cod. quandò hinc aberis, rectè.

meritò morituram. Ita Lugd. & Argent. cum reliquis vulgatis. vet. cod. merita morituram.

perdita abibo. Vet. cod. prodita obibo.

Tunc ait. Vet. cod. tu'ne ait.

vnquam ego. Maſerius legit, vnquā ego ſi meriti noctiſq́.

ſi immemor.Lugd.& Argent. Vnquam ego ſi meriti, noctiſque ſit immemor huius. liber manuſcr. vnquam ego ſi meriti ſim noctis & immemor huius.

ſi te liquiſſe. Malè habet Bonon.ſi te reliquiſſe.

dulces rapientia. Ita vet.cod.Maſer.dulcis rapientia.Lugd. & Argent.totieſque ducis rapientia.

mihi care periclis. Sic omnes vulgati.at vet.cod.iterum carpende periclis.

Liberne fretis. Maſer. legit, Tibarine fretis iam vultus apertus.in quē locū quæcunque frigidè pariter & abſurdè dici potuerunt omnia congeſta videas.vet.Pariſ. Tibarine fretis iam vultus aperto. Lugd.& Argent. Liberne fretis iā vultus apertis.vet.cod.Liberne freto iam vultus aperto.

ſpeſque addidit aura. Ita Lugd.& Argent. vtrumque autem Pariſ.ſpeſque addidit aula.& notandum eſt,inquit Maſer. ſpes in multitudinis numero poni.vet.cod.ſpesſque addidit auſa, optimè.

mihi vertite. Vet.cod. inuertite: & pro,partim Graiū.vet. cod.parti Graium.

Proſequitur ſpetioſa ducem. Sic Maſer. reliqui vulgati,proſequitur ſpatioq. ducem.vet.cod.proſequitur ſtipatq. ducē.

lapſa dies. Vet.cod.laſſa dies:&,attoniti;vet.cod.attonitis.

effudere tenebræ. Ita vulgati omnes. vet.cod. effudere tenebras.

ex ima. Vet.cod.ex vna,rectè:ſequitur enim:geminos mortalibus ignes,&c.

Et torno. Vet.cod.& torto.

Inijcit Aeſonides. Vulgati,inijcit Aeſonides dextram,atque ardentia mittit Cornua.vet. cod.incitat Aeſonides dextrā, inque ardentia mittit Cornua.

nitentem carminu. Vet.cod.nitentem cornibus.

tum gleba quatit. Vet.cod.gleba quati, melius. ſic vbi alij, dare germina tellus At vera.vet.cod. daret agmina tellus Aduerſo.

recedere triſtis. Vet.cod. recedere caſtris.

ergo iterū. Vet.cod.ergo iter: vtra melior ſit, videat lector. ſcribtiūē ex more diuerſitas accidit:ita en. ſcribebāt, iterū.

clamore tubæque. Sabellicus legit, clamorque tubæque, vt vet.cod.habet. alij, clangore tubæque.

iamque omnes videre. Vet.cod. iamque omnes odere.

Medea veneno. Poſt hunc verſum alius deſideratur, quem ex libro manuſcr. repoſuimus; eſt is talis: Infectam dederat vſus armarat in illos. qui planè cũ hoc loco congruit.

Qualis vbi exſtimulat. Cõparatio hęc diuerſè legitur in vulgatis, qualis vbi exſtimulat mæſtę Phrygia agmina matris Ira, vel exectos lacerat Bellona comatos. vet.c. Qualis vbi exſtimulat mæſtę Phrygas annua matris Ira, vel exſectos lacerat Bellona comatos. Maſerius ex Strab. lib. 11. legit, Comanos.

LVDOVICI CARRIONIS IN OCTAVVM LIBRVM VALERII FLACCI SCHOLIA.

Tu precor hæc. Vulgati, Tu precor hęc longè placidus mox ſceptra ſenectæ. vet. cod. Tu precor hęc lõga placidus mox ſceptra ſenecta.

prodit medicamina ciſtis. Vet. cod. profert medicamina ciſtis.

furiarum erecta. vet. cod. eiecta. Lugd. euecta.

Quem tenet. Maſer. & vet. Pariſ. Quem tenet extremũ coniunx ferit irritus Iſthmos. Lugd. Argent. & vet. cod. Quem tenet extremum coniunx ferit irritus Iſthmon.

Acta timore graui. Vet. cod. Icta timore graui: &, iam iã nõ vlla, vet. cod. iam nunc non vlla.

ſatis eſt vexiſſe. Vet. cod. ſatis eſt quæſiſſe.

Virgo iterum notis. Vet. cod. virgo nouis iterum.

aduocat vltro. Vet. cod. ac vocat vltro, elegantius.

quæ nubila cornu. Sic Seneca Apocoloryntoſi: & obſcuri creſcebant cornua ſomni. noctem creſcere innuens. Seru. enim 6. Aeneid. ſcribit ſomnũ ſolitũ eſſe pingi cum cornu: ſed & Stat. ſõno cornu dat: Manus hæc fuſos à tẽpore lęuo Suſtẽtat comes, hęc cornu oblita remiſit. Apud quẽ lib. x. Thebaid. vt & Ouid. xj. Met. elegans eſt ſomni deſcriptio.

Quem metuis me inſtante. Vet. cod. quem metuis me ſtante.

Contra tartareis. Sic Lucan. Donec Theſſalicas deſpumet ſuccus in herbas. Apuleius quoque lunã deſpumari dixit, vt noſter: Contrà tartareis lunã ſpumare venenis. &, Quãnis Athracio lunam ſpumare veneno Sciret. Qua ratione id dicatur, ex doctorum commentarijs facilè conſtare poteſt. Quod autem Poëta dicit ſilentia rami, à Virgilio mutuatu

tuatus eſt: Ecce deus ramum lethæo rore madentem, Viq́. ſoporatum ſtygia, ſuper vtraque quaſſat Tempora.

atque effuge raptu. Hic eſt poſtremus verſus mei veteris codicis manuſcripti, reliqui temporũ iniuria perierunt, quorum iacturam eo leuiùs & æquiori animo patior; quo præclariora ea ſunt, quæ nobis ſeu fata, ſeu Deus aliquis ſupereſſe voluit: non eſt itaque quòd magnifica lector hic expectet, vt nec in præcedẽtibus. Vnum hoc affirmo, in caſtigatione maximè me operam poſuiſſe: à ſolis enim excuſis & vulgatis codicibus adiuuari poſſum, quorum variationem cùm aliquot in locis oſtendero, vela complicabo, & Argonautas Iunoni, & Palladi committam, de eorum fortuna & ſucceſſibus ſecurus.

terrigenas infuta. Sic Lugd. & Argent. at vtrumque Pariſ. cum Maſerio, terrigenas infeſta dedi, malè.

fraudemq́ue, fidemque. Ita vtrumque Pariſ. Lugd. & Argent. fraudemq́ue, fugamq́ue, melius.

Vos ait. Maſerius, vos ait Aeſonidæ. vetuſtus Pariſienſis, vos ait Aeſonide. Lugd. & Arg. vos ait Aeſonides. media lectio maximè placet.

ſic vbi. 11. Kalend. Apriles ſolebat lauari Cybele, illiuſq́ue miniſtri, qui in deorum miniſterium inter ſe ad ſanguinis vſque effuſionem digladiabantur. Fiebat id autem in Almone, propterea quòd cùm Romani profecti Peſſinunte (teſte Valerio Maximo) deæ ſimulacrum adueherent, & nauis in Tyberis vado hæſitans nulla inde vi hominum moueri poſſet, acceſſerit Claudia virgo Veſtalis inceſtus crimẽ falſo obiectũ refutatura, & ad Almonẽ vſque protraxerit. eo autem die qui erat, vt dixi, 11. Kalend. Apriles, lauatio Deûm matris eſſe dicebatur. Arnobius, Lauatio, inquit, Deûm matris eſt hodie; de ea Papinius: Eſt locus ante vrbem, qua primum naſcitur ingens Appia, quaq́ue Italus gemitus Almone Cybele Ponit, & Idæos iam non reminiſcitur amnes. Sillius lib. 8. Tepidoq́ue lauant Almone Cybelen. Ouid. Eſt locus in Tybrin quo lubricus influit Almo, Et magno nomen perdit in amne minor. Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos Iunonis dominam ſacraq́ue lauit aquis. Martialis: Capena grandi porta qua pluit gutta, Phrygiumq́ue matris Almo qua lauat ferrum. Ita vet. cod. non vt alij, ferrum. Fortè quòd de ſimili lauatione

tione verſus ille intelligendus ſit,referam lotos in templa dracones:nam per dracones ſigna & vexilla in templo Bacchi accipio.

hinc vbi ſacrificas. Hunc locum celebrat & enarrat doctus & elegans I. C. Briſſonius lib. de ritu nuptiarum.

dixerat atque orãs. Ita Maſerius,& vetuſt. Pariſ.at Lugd.& Argent.dixerat,itque orans.

haud ita ſed ſummo. Vetuſt.Pariſ.haud ita ſed ſomno.

haud ſinit. Ita Maſerius: recentiores verò,aut ſinit.

nec murrha. Vet.Pariſ.& Maſerius,nec murrha corpus Achiuis.Lugd.& Argent. nec murrha corpus Achiui.

haud illa velit. Sic Maſer. Bonon.autem,Lugd.& Argent. haud vlla velit.Sabellicus, haud nulla velit.

hæc committat. Ita omnes recentiores.Maſerius, hæc comutet,minus bene.

hi reddere. Maſer.legit,his reddere forſã Fas abeãt. Lugd. cum reliquis vulgatis, hi reddere forſan Fas habeant.

ſuſpiria Bacchæ. Contendit lectori omni ſtudio perſuadere Maſer.hic legẽdũ eſſe,vaccæ nõ Bacchę,cui ego aſſentior.

Quid dubitas? Hunc verſum, quid dubitas?heu dure ſiles, magnumque minatur,inuenio in Pariſ.Bonon. & Florẽt. poſt illum,decor ille iuuentæ; Maſer. verò reiecit poſt illum,ſtetit altera prora.Engentinus in Lugd.& Argent.editionibus omiſit,fortaſſis quia Valerianus non eſt.

tentat &c. In recentioribus vulgatis iſtud eſt poſtremum carmen : in antiquioribus autem ſequitur, Mene aliquid meruiſſe putas?me talia velle: vt vt eſt , conſtat ſanè Poetã morte præuentum vltra fragmẽtum octaui libri nihil ſcriptum reliquiſſe, quo magis miror Ioannem Hartungum, & x.& xj.eius libros in decuria ſecunda locorum & adducere,cũ illi nõ à Valerio Flacco editi;ſed à Baptiſta Pio ex Apollonio conuerſi,& extremo Valeriani codicis adiecti ſunt.optarim itaque eos duos locos ſub cap.5. quod continet errata in citando in eadem decuria ab Hartungo poſita eſſe.

FINIS SCHOLIORVM.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE CHRISTOPHORVS PLANTINVS ANNO M. D. LXV. IDIBVS IVLII.